DE
POPULARIBUS CANTILENIS
APUD
RECENTIORES GRÆCOS.

DE

POPULARIBUS CANTILENIS

APUD

RECENTIORES GRÆCOS.

Paris. — Imprimerie A. Lainé et J. Havard, rue des Saints-Pères, 19.

DE

POPULARIBUS CANTILENIS

APUD

RECENTIORES GRÆCOS.

THESIM PROPONEBAT

Facultati litterarum Parisiensi

Gustave

G. DEVILLE

In schola Atheniensi olim discipulus.

LUTETIÆ PARISIORUM

EXCUDEBANT AD. R. LAINÉ ET J. HAVARD

RUE DES SAINTS-PÈRES, 19.

1866

1875, June 4,
Subscription Fund.

PRÆFATIO.

De popularibus Græcorum cantilenis, et maxime de recentibus nonnihil disserere opportunum mihi visum est, quum jam quadraginta abhinc annis rem a nemine tractatam viderem, imo, neglectum quidquid ad Græciam recentiorem pertineret, nisi daretur locus maledicendo.

Rem ita disposui, ut primum facta cantilenarum, prout aliud aliæ agunt, divisione, de summa cantilenarum ejusdem generis quam justissima haberetur commentatio, verborum et rerum quæ continentur ratione a Græcorum moribus, indole, conditione, repetita. Exemplorum autem copia majore abstinui, ne minus latine dissertatiuncula quam græce loqui videretur.

Quibus præmissis, sequitur popularis ingenii æstimatio; scilicet quam vivida omnia, quam simplicia,

et aureæ priscorum temporum hominumque sinceritati proxima : quod quidem ob felicem naturam gentis pariter ac rude et depressum vivendi genus contigit. Nonnihil etiam de lingua populari, cui minus æquo favere Græcorum doctissimos videbam qui linguæ veteris reparandæ studio jamdudum laborant. Carminibus autem sciat inesse, qui leget, merum populi sermonem, quali quotidie homines, præter λογιωτάτους, utuntur.

Ætatem carminibus certam constituere difficilius erat, quod, si Klephtica excipias, nullum temporis discrimen faciunt aut res quæ narrantur, aut ipsius eloquii color. Tamen, nec quatuor abhinc aut quinque secula superant cantilenarum quæ sunt in manibus vetustissimæ, nec rursus ante illa quatuor aut quinque secula multas provenisse in dubio esse potest, quamvis antiqui nos rei certiores facere prope omiserint, et omnino tacuerint Byzantini. Apud hos tamen paucissima quæ supersunt cantilenarum vestigia retuli. Jam vero de popularibus apud antiquos cantilenis veterum et maxime Athenæi testimonia nostrum opusculum absolvunt.

Multum mihi profuit Herm. Koesterii de Cantilenis veterum Græcorum dissertatio, Berol., 1831, a quo de re diligenter disputatum, nec quidquam e veterum testimoniis omissum est, quod ad causam faceret.

Præterea in promptu Passovii opus habui, qui carminum locupletem copiam e multis comparavit quorum

retulit nomina in præfatione (Lipsiæ, 1860); inter quos potissimum memorandus est Faurielus, utpote primus carminum popularium interpres et tanquam inventor, quum pridem ad æstimanda illa Græci ipsi frigidiores se præbuissent. Cujus exemplum Europæos pariter et Græcos movit ut jam nova carmina colligerent, nonnullis interdum in numerum receptis quæ a populari ratione omnino abhorrent : quod quidem apud nostratem De Marcellus crebrius vitium ipse Passovius non effugit; nec apud eumdem extra omnem culpam verborum orthographia est vel interpretatio.

Et inedita quædam passim vel in Appendice invenies, quum ipse pro parte mea e diversis Græciæ regionibus carmina collegerim.

Restat ut exoptem ne longioribus moris nos detineat doctissimus vir Brunet de Presle, idem in rebus recentioris Græciæ versatissimus, qui nobis novæ et auctioris Faurielianæ Cantilenarum græcarum editionis jamdudum spem fecit.

DE

POPULARIBUS CANTILENIS

APUD

RECENTIORES GRÆCOS.

I.

1. Cantilenarum popularium apud recentiores Græcos duplex genus: quarum pars maxima in domesticis affectibus, reliqua in Klephtarum gestis versatur.

Longiores vero fabulas quæ enarrent et epica quadam ubertate profluant, qualium quidem in aliis regionibus media ætas copiam locupletem edidit, non sunt; vel si quæ exstiterunt, aut nil populare sapiunt, aut peregrinam originem profitentur; quanquam, rursusne exstiterint illius modi indigenæ nonnullæ, quarum imitatores in Occidente auctorum fidem consecuti

sint, forsan haud absurde disputari potest ideo præsertim, quod circa finem duodecimi seculi plurima ab antiquis fontibus petita celebrari apud nos argumenta cœperunt, scilicet postquam suscepta in Oriente bella Byzantinorum res et cultus et litteras Occidenti notiores effecerant.

Cantilenarum autem de quibus jam agitur, nec multiplex materia, neque adeo sublimis, sed qualem ferebant ingenia quibus quasi spatium cogitandi iniqua temporum præciderat conditio : ut enim publicæ privatæque opes, sic etiam mentes in summas angustias devenerant, et exstincta doctrina, amissa patria, libertate, ingeniorum dignitate, et humili vita tenuibusque negotiis circumscripta populi cogitatione, fato quodam necesse erat ut nihil aliud jam superesset canendum quam id quod nec deleri nec adimi cuiquam potest, quoniam in eo ipsa humanitas continetur, domesticos affectus dico, qui quidem eo vehementius accendi videntur, quo minus hominibus datur alia appetendi et amplectendi facultas, et in iis maxime versarentur et exercerentur popularia ingenia. Cujus quidem generis carminibus nova jam accesserunt, ubi Klephtas suscitavit libertatis amor, verum is amor cui apta esset ferocia animorum, scilicet ex ira potius et quadam necessitate sine lege vivendi natus, quam ex juris sui conscientia aut popularium patriæque jura nobili cupiditate vindicandi. Sed de illis posterius; nunc de domesticis carminibus agendum est.

2. Quibus quasi præludunt nutricularum ad sopiendos infantes cantilenæ, quæ quum ætati parvulorum

et puerilibus ingeniis sese accommodent, tamen non sine leporibus et jucunditate nugantur. Quibus satis similes illæ etiam quæ certis anni temporibus recitantur a pueris divitum domos circumeuntibus ut stipe aliqua donentur, et aliæ Christi natali die, anno ineunte aliæ, et Epiphania Palmisque habentur; nec desiit etiam nunc vere primo illud vetus decantari dictum χελιδόνισμα carmen, quod qui recitant, secum circumferre solent hirundinis simulacrum; et iisdem fere verbis atque apud antiquos mos erat, et eadem utuntur mendicatione (1).

Dies etiam quæ dicitur ἡ Μεγάλη Παρασκευή, locum dedit cantilenis, in quibus quam inepte multa dicantur, parumque congruant cum Evangelio admireris; unde facile intelligitur operam fere nullam datam fuisse apud Græcos ne omni saltem sacrarum rerum disciplina careret vulgus, a quo jamdudum meræ superstitiones, et imaginum osculationes salutationesque pro religione habentur. Quid vero quod ne Athenis quidem vix ullam toto quinquennio habitam esse ad populum a sacerdote orationem audiverim!

Jam vero proprie domesticas cantilenas aggrediamur, e quibus maxime nitent illa quæ τοῦ χωρισμοῦ carmina dicuntur, et μυρολόγια.

Angustæ quidem et inopis patriæ amor acerrimus dicitur, neque id injuria. Quo enim angustior, eo magis, ut ita dicam, tua est patria, et quasi suburbium domus et natalis loci; quo magis inops, eo vivendi

(1) Cf. Ahreus, *de Dialectis*, II, 478. Chelidonisma puerorum Rhodiorum. — Passow, *Carmina popularia*, 291-311.

ratione et omni cultu dissimilior morum et artium externarum, ita ut hominum quibus ejusmodi contigit patriam habere, indoles a peregrino habitu longius abhorreat quam ut iis bene esse possit ubi non est patria.

Quanquam non abeuntibus, quibus spes et novitas rerum luctum minorem plerumque facit, sed iis qui domi manent, neque habent quod luctum soletur, imo juxta pertimescunt ne ægrius illi æquiusve ferant exsilium, uxoribus dico ac matribus adscribendæ videntur illæ τοῦ χωρισμοῦ cantilenæ. Sententiarum autem et orationis color muliebres profitetur affectus : mulierum, non virorum hæc sunt :

Παρηγοριά 'χ' ὁ θάνατος, κ' ἐλιημοσύν' ὁ Χάρος·
ὁ ζωντανὸς ὁ χωρισμὸς παρηγοριὰ δὲν ἔχει.
(Passow, 318.)

Sunt solatia mortis, et tangit misericordia Charontem :
verum a se invicem separari vivos, solatium non habet.

Ὁ μισεμμὸς εἶναι κακό· τὸ ἔχε γιειὰ φαρμάκι·
καὶ τὸ καλὸν σοῦ γύρισμα ὅλο φιλιὰ κ' ἀγάπη.
(Id., 329.)

Discessus est res pessima; *vale*, instar veneni;
at *feliciter rediisti* oscula secum fert et amorem.

Quarum quum pleræque iisdem fere verbis eadem significent (1), hanc unam referre volui, cujus peculiare quiddam et venustissimum habent sententiæ (Passow, 323) :

(1) Cf. Passow, 318-351.

Vale, matercula; vale, pater.
Valete, fraterculi; valete, sorores.
Jam discedo; mihi procul in terram externam eundum est.
Discedo, mater; at revertar: ne nimium igitur lugeas.

. . . .

— Bene, puer, te habeas, et Sancti omnes tuo lateri adsint;
et matris benedictio tibi sit præsidium et custodia.
Mei, meorumque, fili, liberorum memento;
cave ne terra captus externa nos obliviscaris.
— Peream, mater suavissima, peream potius quam
mihi excidat in aliena terra memoria vestri.
Anni duodecim præterierunt et quindecim menses;
neque navigia illum videre, neque navitæ norunt.
Primo basio ingemit accepto, altero capitur;
tertio, et illo quidem venenato, jam matrem oblitus est.

Proxima his myrologia, sed miro quodam opinionum et imaginum colore insignia; quæ quidem nos nec pœnæ nec mercedis cujusquam, imo ne vitæ quidem futuræ semel admonent, verum ambigua quædam ac tenebris involuta referunt, qualia haud scio an mentes doctrina destitutæ natura ipsa ferente comminiscantur, Christianæ utique fidei gravissimis et maxime necessariis præceptis adversissima. Unde autem defluxerint haud ægre intelligitur, maxime quum Laconiæ, quæ pars Græciæ ceteris diutius veterum fovit opiniones, plura et insigniora sint myrologia, forsan et illis quæ priores Taygeti Parnonisque incolæ de suis lugentes effuderunt haud dissimilia.

Opinionum igitur quæ de mortuorum sedibus et conditione superstitioni placuerunt hæc summa est. Sunt quidem Inferi, quibus idem atque apud antiquos nomen Ἅδης, et interdum Τάρταρα; jacentium autem corpora

aut solvit locorum tabes, aut angues depascuntur. Superest tamen miseris cura suorum et lucis, et alii consulunt fugæ, alii conjugibus et liberis; sed eos coercet Charon, qui terram perlustrat idem vicos populabundus, rapitque juvenes, intervenitque nuptiis sponsam prædaturus, et collectas hinc inde victimas longo agmine secum agit horrendus eques,

Ὁ Χάροντας 'π' τοὺς οὐρανοὺς σὰν ἄρχοντας καταιβαίνει,
σούρνει φουσάτ' ἀρίγνητα (1), ποῦ μέτρημο δὲν ἔχουν.
Σούρνει τοὺς ἄρχοντας χλωμοὺς, καὶ τοὺς στρατιώταις μαύρους,
καὶ τὰ δροσοπαλλήκαρα σὰ λευκοὺς (2) ξαπλωμένους...
(Ineditum.)

De inferis autem sedibus hæc sunt quæ maxime solent in myrologiis referri :

Χρυσὸς ἀετὸς ἀναίβηκε ἀπὸ τὸν κάτω κόσμο·
μὰ ἦτον τὰ νύχια του σγούρα (3) καὶ τὰ φτερά του μαῦρα,
καὶ τὸ κορμί του μελανὸ κιαὐτὸς κορνιαχτομένος.
— Ἴντα μανδάτα, σταυρατιέ, ἀπὸ τὸν κάτω κόσμο;
— Καὶ τί μανδάτα νὰ σᾶς πῶ, καὶ νὰ σᾶς μολογήσω;
ποῦβρα τοὺς ἄρχοντας χλωμοὺς καὶ τοὺς στρατιώταις μαύρους,
καὶ τὰ δροσοπαλλήκαρα σὰ λευκαὶς ξαπλωμένα·
μάβρα πανωριαὶς λυγεραὶς σὰ νεραντσιαὶς κομμέναις·
μάβρα καὶ τὰ μικρὰ παιδιὰ σὰ μῆλα μαραμμένα.
(Ineditum.)

(1) Ἀρίγνητα, sicut ἀρίφνητα : ἀναρίθμητα.
(2) Λευκούς, seu λευκαίς: alba populus.
(3) Σγούρα, italicum *scuro*.

Aurea aquila ascendit ab Inferis;
cui erant obscuri ungues, nigræque pennæ,
et squalens corpus, et ipsa pulverulenta.
— Quidnam, aquila, novi ab Inferis?
— Quid novi habeo quod vobis referam?
Primores inveni pallidos, et milites nigros,
et corpora juvenum humi sicut populos recubantia;
formosas puellas ut aureas malos excisas,
tenerosque infantes ut marcida poma.

Ἐδῶ τὸ λένε μαύρη γῆ κιάραχνιασμένον Ἅδη,
ποῦ τρώγει νιοὺς, ποῦ τρώγει νιαὶς, λεβέντες, παλληκάρια,
τρώγει τὰ τρυφερὰ κορμιὰ, ἀνδρειωμέναις πλάταις.
(Ineditum.)

Me caligantem terram, me squalentem situ Orcum dicunt,
qui depascitur pueros, et puellas, et juvenes,
et mollia membra, et viriles humeros.

Εἶα πές μου, πές μου, μάτια μου, σὰν τί σὲ στρών' ὁ Χάρος;
μὴ σού 'στρωσε παπλώματα, πολὺ βαρειὰ στρωσίδια;
— Μάννα ζουρλὴ, μάννα τρελὴ, μάννα ξεμυαλισμένη,
ποῦ μέν' ὁ Χάρος μ' ἔβαλε τὰ φίδια νὰ φυλάξω,
κιὄλα τὰ φίδια βόσκουνε, κιὄλα δροσολογιοῦνται.
κἕνα φίδι, ντρανόφιδο, ντρανήτερ' ἀπὸ τἄλλα,
νολόκοντά μου περπατεῖ, καὶ στὸ πλεῦρο κοιμᾶται,
καὶ στὰ μαγγούφια μου μαλλιὰ θὰ κτίσει τὴ φωλιά του,
κιἀπότες κτίσει τὴ φωλιὰ, σκιάζομαι μὴ μὲ φάῃ.
(Ineditum.)

Dic mihi, ocule mi, quomodo tibi straverit Charon;
tibine stravit stragula et gravissima toralia?
— Mater inepta, mater insana, mater amens,

me anguium custodem instituit Charon;
et pabulantur quidem omnes, et omnes frigus captant,
præter unum, et immanem, immaniorem ceteris,
qui me usque comitatur, et dormiens accubat lateri,
et his in crinibus nidificabit,
et formido ne postea miserum me comedat.

Ἐδῶ σὲ τούταις ταὶς αὐλαὶς ταὶς μαρμαροστρωμέναις,
ἐδῶ κοιμᾶται κάποιος νιὸς, καὶ πῶς νὰ τὸ ξυπνήσω;

. . . .

— Γαλαζόρουχο, ξύπνησε· βελοῦδι, σήκ' ἀπάνω,
καὶ τοῦ βασιλικοῦ ἡ κορφὴ, καὶ τοῦ βαλσάμου ἡ ῥίζα·
γιάτι ὁ ὕπνος ὁ πολὺς χαλάει καὶ μαραίνει,
χαλάει κεφάλι φρόνιμο καὶ γλῶσσα μπερδεμμένη,
χαλάει κορμὶ βεργόλινο καὶ μέση τορνεμμένη·
πέφτουν τὰ μάτια σὰν τροχοὺς, καὶ φρύδια σὰν γαϊτάνι,
καὶ δόντια πυκνοφύτευτα σὰν τὸ μαργαριτάρι,
πέφτουν καὶ τὰ ξανθὰ μαλλιὰ τριγύρου στὸ λαιμό σου.
(Ineditum.)

Area in ista marmoribus strata,
juvenis quidam dormit: quomodo hunc excitem?

. . . .

Candide vestite, expergiscere; surge...,
flos ozymi, et balsami radix:
namque nimio sopore omnia solvuntur et marcescunt:
solvitur prudens caput, et jam impedita lingua;
solvitur tornatum et vimini lento simile corpus;
cadunt etiam similes orbibus oculi, et tenuius vitta supercilium;
et margaritarum instar dentes continui;
et circum colla flavi cadunt capilli.

Talia quidem de mortuis commenta est vulgi superstitio, valde absona Christianæ fidei. Nec desunt de

aliis rebus vanæ et innumeræ superstitiones, quas qui colligat, easdemque ad certas referat origines, adhuc exspectatur, operæ pretium sane facturus, quum apud hodiernos Græcos haud paucæ supersint fabulæ, vigeant usus et opiniones, quibus non faciem ipsam, sed ut ita dicam, personam tantum immutavit ingenium vulgi.

Mulieres, quarum est tueri antiquos usus, myrologia edunt eædemque recitant. Quo in opere nobiles præ ceteris sunt ex Ipsaris, Taygeto, et Tzaconia mulieres. Nec sunt illi planctus ad id solum tempus apti, quo jacentis feretro adsunt mulieres circumdatæ, vel quum jam mortuus effertur, sed certis diebus post exsequias redeunt, et quoties etiam acrius illarum animos luctus urget. Tzaconiæ autem proprium est in medio versu sæpe in hunc modum ejulare : χάϊ, χάϊ, et ἐναίβαι, ἐναίβαι.

Sunt etiam myrologia quæ sub nomine cervarum aut avium humanis casibus alludunt (cf. Passow, 398..., etc.). In universum autem, quodcumque carmen mœstiora agit, ut exsilia et discessus, myrologii vicem explere potest.

3. Jam vero cantilenarum quæ in amoribus versantur, aliæ de miseris quorum animos ad turpia vel etiam scelesta deflexit, aut quos in adversas res rapuit libido, tristiores fabulas effusius enarrant; aliæ recitantur in nuptiis, aut nocturnis per vicos deambulationibus a juvenum catervis ad citharam decantari solent; quo in genere insignissima disticha, quibus nemo quidem, sive ad criminationes in puellam agendas, sive ad

preces et blanditias et mollia verba, non utitur. Et mihi quidem videntur versiculi saporis illius Anacreontici haud raro referre aliquid:

Χελιδονάκι θὰ γένω, νὰ κάθσω στὸ λαιμό σου.
(Passow, 530.)

Fiam hirundo, ut collo tuo requiescam.

Κρυὸς ἀέρας θὰ γένω, θὰ 'μπῶ μέσ' στὰ σενδόνια,
νὰ σοῦ δροσίσω τὰ βυζιὰ ποὖν' ἄσπρα σὰν τὰ χιόνια,
(Id., 558.)

Aura frigidula fiam et tegumini subrepam,
ut refrigerem pectus tuum candidius nive.

Interdum, ut de fato illius puellæ quæ male cavit furta amoris (Passow, 567, 575, 632), protervius lascivit cantilena, sed tamen cum verecundia, ita ut illos intelligas mulierum esse sales atque jocos. Verum enim quo pacto ad fœdiora defluant cantilenæ, quum publicis utriusque sexus conventibus debeantur?

In aliis autem cantilenis tragica omnia nos antiquæ cujusdam morum feritatis admonent; inter quas maxime de illa meminerim quæ nobis Thyesteas epulas referre videtur (Passow, 460):

Τί ἔκαμες, μαννούλα μου, μὲ ξένο παλληκάρι;
τὸ βράδυ νἄρθ' ἀφέντης μου, καὶ θὰ τὸ μαρτυρήσω.

. . . .

Στὴν κάμαρά της τόβαλε, καὶ σὰν τραγὶ τὸ σφάζει·
σὰν μακελλάρης φυσικὸς τοῦ βγάζει τὰ συκότια,
κἔδωκέ τα τοῦ μαγειρᾶ, γιὰ νὰ τὰ τηγανίσουν.

. . . .

— Κάθσε νὰ φᾷς, κάθσε νὰ πιῇς, κάθσε νὰ γιοματίσῃς.—
Τὸ συκοτάκι τούβαλε σ' ἕν' ἀσημένιο πιάτο.
Πρώτη μπουκιὰ ὁπούβαλε, τὸ συκοτάκι πῆρε·
τὸ συκοτάκι μίλησε, τὸ συκοτάκι λέγει·....
« Ἂν εἶσαι σὺ πατέρας μου, σκύψε καὶ φίλησέ με.... »
Χρυσὸ μαχαῖρι ἔβγαλε ἀπὸ χρυσὸ φηκάρι,
καὶ στὸ λαιμό της τόβαλε, τῆς κόβει τὸ κεφάλι...

Quid tu cum hospite, matercula?
Vespere patri, ut primum venerit, rem aperiam..... —
Illa in cubiculum abducit et hirculi instar jugulat puerum;
tum sicut carnifex ei jecur aufert,
et torrendum tradit coquo. . . . . . .
— Asside ut edas et bibas et prandium sumas. —
Argentea in lance viro ministrat jecur;
ut incipit ille, jecori injicit manus :
tum hæc verba jecur:...
« Si pater es meus, vultum demitte ut me osculeris... »
Aureum pugionem aurea eripit vagina,
et mersit uxoris jugulo, caputque truncavit...

Alias (469) occurrit puella ob deprensos amores indicio matris a fratribus occisa. Quibus quidem, sicut aliis quæ pariter in cædibus versantur, prætermissis, jam requiescamus in illo mulieris cum viatore colloquio, qui quum se conjugem diu absentem profiteatur, non prius persuadet illam quam certis indiciis se conjugem ostenderit : quæ cum insignissimo apud Homerum de Ulyxe et Penelope loco singularem in modum congruunt, ita ut eamdem fabulam, paulum immutato rerum et sententiarum colore, habere nobis videamur :

Κόρη μ', ἐγώμ' ὁ ἄνδρας σου · ἐγῶμαι ὁ καλός σου. —

Ἂν εἶσαι σὺ ὁ ἄνδρας μου, ἂν εἶσαι ὁ καλός μου,
δεῖξε σημάδια τῆς αὐλῆς, κιἄπεκεῖ νὰ σ' ἀνοίξω. —
Μηλιὰν ἔχεις στὴν πόρτα σου, καὶ κλῆμα στὴν αὐλή σου. —
Αὐτἆν' σημάδια τῆς αὐλῆς, τὰ ξέρ' ὁ κόσμος ὅλος·
δεῖξε σημάδια τοῦ σπητιοῦ, κιἄπεκεῖ νὰ σ' ἀνοίξω. —
Χρυσῆ κανδῆλα κρέμεται στὴ μέση τοῦ ὀντᾶ σου. —
Αὐτὰ τὰ ξέρ' ἡ γειτονιὰ, τὰ ξέρ' ὁ κόσμος ὅλος·
δεῖξε σημάδια τοῦ κορμιοῦ, κιἄπεκεῖ νὰ σ' ἀνοίξω. —
Ἐλιὰν ἔχεις στὸ μάγουλο, ἔλιαν στὴν ἀμασχάλη,
καὶ στὸ δεξί σου τὸ βυζὶ μικρὴ δαγκαματίτσα. —
Βαγιαὶς, τρεχᾶτ', ἀνοίξετε· αὐτὸς εἶν' ὁ καλός μου.
(Passow, 441.)

Puella mi, ego adsum conjux et dilectus tuus. —
Si conjux ades et dilectus meus,
Dic mihi aulæ notas, et tibi postea aperiam. —
Malum habes ad portam, et in aula vitem. —
Apte quidem aulæ notas, nec cuiquam ignotæ sunt;
sed dic quæ domus sint, et tibi postea aperiam. —
Aurea lucerna pendet in cubiculo tuo. —
Rem novit vicinia, rem novere omnes;
dic mihi corporis notas, et tibi postea aperiam. —
In gena nævum habes, nævum in axilla,
et dextræ papillæ leviter impressum dentem. —
Famulæ, accurrite, aperite: hic mihi conjux adest.

4. Jam vero succurrit insignissimum genus carminum Klephticorum, quibus locum dedit illorum ferocia et virtus qui libertatem suam ab arbitrio Turcarum armis vindicare ausi sunt. Nemini autem ignotum esse arbitror quid inter latrones et eos qui dicuntur Klephtæ interfuerit, nisi quod in regnis ubi servitio opprimitur populus, libertatem vindicare pro summo latrocinio

habetur. Quisquis vero in Græcia nullius juri obnoxiam vivendi rationem sibi vi quærebat, quâ contumelias, vectigalia, vapulas, carcerem, et omne libidinis aut injuriæ genus effugeret, ille κλέφτης habebatur. Quum autem nulla re magis vulgi studia commoveantur quam audacia hominum legibus invisis et opibus tyrannicis obsistentium, naturæ consentaneum erat illos tanquam heroas haberi a popularibus suis, quorum quidem odiis et invidiæ gratum erat quidquid plecterentur domini alienigenæ, et klephticam, « si parva licet componere magnis, » exstitisse Iliadem quæ dignitate epica res et personas augeret.

Qua mente autem, quo plerumque consilio latrocinium Klephtæ susceperint, sequentia præclare significant :

Μάννα μου, 'γὼ δὲν κάθομαι νὰ γένω νοικοκύρης,
νὰ κάμ' ἀμπελοχώραφα, κοπέλια νὰ δουλεύουν,
καὶ νἆμαι σκλάβος τῶν Τούρκων, κοπέλι τῶν σκυλῶνε.
Φέρε μου τὸ βαρειὸ σπαθὶ καὶ τἄλαφρὸ τουφέκι....
νὰ βρῶ λιμέρια τῶν κλεφτῶν......
νὰ μπῶ μεδ' αὐτοὺς σύντροφος στὰ τούρκικα κεφάλια.
(Passow, 24.)

Domi, matercula, non me teneo ut herus fiam,
et vineta conseram quæ quidem exerceant famuli,
ut ipsi me servum Turcæ, et famulum canes habeant.
Gravem mihi gladium fer, et . . . . ,
ut petam Klephtarum recessus. . . . ,
ut Turcarum capitibus una cum illis immineam.

Ἐγὼ ῥαγιὰς δὲν γίνομαι, Τούρκους δὲν προσκυνάω.
(Id., 52.)

Κιὰν τὰ δερβένια τούρκεψαν, τὰ πῆραν Ἀρβανίταις,
ὁ Στέργιος εἶναι ζωντανὸς, πασάδες δὲν ψηφάει.
Ὅσο χιονίζουνε βουνὰ, καὶ λουλουδίζουν κάμποι,
κἔχουν ἡ ῥάχαις κρυὰ νερὰ, Τούρκους δὲν προσκυνοῦμε.
(Id., 54.)

Ἐγῶμαι σκύλλος Σφακιανὸς, χαράτσι δὲν πληρόνω·
ὡσὰν τ' ἀγρίμι στὸ βουνὸ γυρίζω, δὲν μερόνω.
(Ineditum.)

Canis ego Creticus sum; vectigal non pendo;
ut feræ montes perlustro, nec mitesco.

Non tamen is erat Klephtis modus ut latius aliquando latrocinia non paterent, nec popularium pagos mulctis, incendiis, direptionibus vexarent; avaritiæ enim et iræ et odiis parcere non erat hominum asperioris naturæ. Nec eos unquam pœnituit acerbissime plectere Græcorum illos quibus aut invidiosæ opes, aut commercia cum Turcis erant, aut publica munera in pagis ac civitatibus, quæ quidem munera Christianis in molestiam et detrimentum, sibi in quæstum improbis artibus vertebant. Nonnullis etiam Klephtarum spes erat Turcas, paciscendi causa, sibi militare munus quod *armatolikatus* vocabatur concessuros esse, aut ademptum reddituros.

Quæ quidem libidini suæ Klephtas adversus populares concessisse, quum diversis locis, tum maxime sequentibus admonemur :

Τριὰ χωριὰ μᾶς κλαίονται, τριὰ κεφαλοχωρία·
μᾶς κλαίεται κἕνας παπᾶς ἀπὸ τὸν Ἅγιο Πέτρο.

Τὶ τῶκαμα τοῦ κερατᾶ..... ;
Τὴ μιά του νύφη φίλησα, ταὶς δυό του θυγατέρες·
τὄνα παιδί του σκότωσα, τἄλλο τὸ πῆρα σκλάβο·
καὶ πενταχόσια δυὸ φλωριὰ τὴ ξαγορά του πῆρα.
(Passow, 18.)

De nobis queruntur tres pagi, tres primarii pagi ;
queritur et nescio quis e Sancto-Petro sacerdos.
Quid tandem injuriæ intuli huic cornigero ?
Huic compressi nurum, ambasque filias;
unum e filiis occidi, alterum servum habeo,
et sua illi quingentis aureis constitit redemptio.

Πῆγαν καὶ λημεριάσανε στοῦ Γαλανοῦ τὴ στάνη·
γυρεύει τὸ χαράτσωμα (1) χίλια τριακόσια γρόσια·
γυρεύει τὸ κορίτσι του κιἄλλαις πέντε νυφάδες·
γυρεύει καὶ τὴν τσούπρα (2) του, νὰ τὴν φιλήσ', Ἀντώνης.
(Id., 51.)

Νὰ πᾶμε νὰ πατήσομε τῆς Νικολοῦς τὰ σπίτια...
παράδες θέλουν τὰ παιδιὰ, φλωριὰ τὰ παλληκάρια.
(Id., 30.)

Πολλὰ σκιαέτια (3) μούρθανε ἀπ' ὅλα τὰ βιλαέτια...
Κατσούδα, λὲν πῶς ἔκαψες χωριὰ καὶ σκλάβους πῆρες.
(Id., 49.)

Παιδιὰ, μᾶς πῆρ' ἡ ἄνοιξι, μᾶς πῆρε καλοκαῖρι·
νὰ βγοῦμε πάνω στὰ βουνὰ, στοῦ Λιάκουρα (4) τὴ ῥάχη·
νὰ γράφω μιὰ πικρὴ γραφή. . . . .
. . . . νὰ γίνω καπετάνιος,
νὰ παραστέκ' ἀρματωλὸς σ' οὖλα τὰ βιλαέτια.
(Id., 46.)

(1) Vectigal, redemptio. — (2) Filia.
(3) Querelæ, crimina.—(4) Mons Græciæ septentrionalis.

Γράφει βεζύρης μπουγιουρτί (1). . . . .
χρυσὸ μπακσῆσι τούστειλε, νὰ πάρ' ἀρματωλίκι. . . .
(Id., 34.)

Æstas latrocinio et militiæ apta ; hiems quieti et quasi induciis.

Μὸν καρτερῶ τὴν ἄνοιξι, νάρθοῦν τὰ χελιδόνια,
νὰ βγοῦν ἡ βλάχαις στὰ βουνὰ, νὰ βγοῦν ἡ βλαχοπούλαις.
(Id., 52.)

Κιὄταν γυρίζ' ἡ ἄνοιξι κιέρθῆ τὸ καλοκαῖρι,
ὁποῦ φουντόνουν τὰ κλαριὰ καὶ κλείουν τὰ μονοπάτια,
ἄϊντε, τουφέκι μου γιερὸ, καὶ σὺ, βαρὺ σπαθί μου,
θὰ ματαπάρω τὰ βουνὰ, ψηλὰ τὰ κορφοβούνια.
(Id., 74.)

Τώρα μαϊὰ, τώρα δροσιὰ, τώρ' ἄνοιξι κιάηδόνια·
βγῆκαν οἱ βλάχοι στὰ βουνὰ, βγῆκαν τὰ παλληκάρια·
νὰ βγῆ κιὸ Δῆμος βούλεται στσῆ κλεφτουριᾶς τὴ στράτα.
(Id., 326.)

Nunc Maius adest, nunc roscidus humor, nunc ver primum et lusciniolæ ;
nunc exierunt in montes rustici, nunc et Klephtica juventus ;
et Dimo quoque placuit repetere latrocinia.

Vere ergo solitos conventus et in faucibus montium secreta diverticula repetebant : quo tempore anni, pastores quoque cum gregibus in montes ascendunt. Tum frondescunt vepres, et præcludunt aditus. Tum nulla invenias æstiva montibus amœniora, ob salu-

(1) Imperium.

britatem et frigus loci, copiam aquarum, et protinus e pascuis aut e nemore victum parabilem; quibus deliciis et semel potuisse frui gratissima est cuique recordatio. Quanquam Klephtis tristiora interdum loca illa militia faciebat, quum insomniis, jejuniis, perpetuis itineribus eos exerceret, et fugiendi causa in latebris, non hominum, sed ferarum, versari diu cogerentur :

Κἐμεῖς γιὰ χῶραν ἔχομε ῥημιαὶς κιἄγρια λαγκάδια·
παρὰ μὲ Τούρκους, μὲ θεριὰ καλήτερα νὰ ζοῦμε.
(Passow, 54.)

Et nos patriam habemus immites montium desertasque fauces; potius quam cum Turcis, cum feris habeamus commercia.

Σαράντα χρόνους ἔκαμα ἀρματωλὸς καὶ κλέφτης,
τὸ χέρι μου προσκέφαλο καὶ τὸ σπαθί μου στρῶμα.
(Id., 84.)

Νἄχω τοὺς λόγκους συντροφιὰ, μὲ τὰ θεριὰ κουβένταις,
νἄχω τὰ χιόνια γιὰ σκεπὴ, τοὺς βράχους γιὰ κρεββάτι.
(Id., 153.)

Ἐκεῖ 'ναι λύκωνε φωλιαὶς καὶ συντυχιὰ θεριῶνε·
πᾶνε λιοντάρι' ἀρματωλοὶ καὶ κλέφταις ἀνδρειωμένοι.
(Id., 326.)

Raro data Klephtis cutem curandi copia, et data quidem, cavebant ne genio indulgerent :

Κρασὶ ποτὲ μὴν πίνετε, ὕπνο μὴν ἀγαπᾶτε·
ὁ ὕπνος εἶναι θάνατος, καὶ τὸ κρασ' εἶναι πλάνος.
(Id., 21.)

Jam vero, quas artes Klephtarum bella, qualem solertiam habuerint, quale genus dimicandi, loci non

desunt qui rem nos edoceant : scilicet nunquam obviis pectoribus hostem aut exspectare aut aggredi, verum tutissima locorum præoccupare, et aggere quem fors obtulerat, seu petra seu arboris stipite, munitum suo quemque loco insidere, nec nisi desperato eventu in impetum erumpere. Nec fuga deformis erat, nec pro laude habitum periculis et morti ultro obversari. Summus vivis timor ne in manus Turcarum venirent, sauciis ne caput ab hostibus obtruncaretur, et expositum per pagos et urbes aliis mœrori, aliis ludibrio esset. Quæ quidem belli Klephtici forma, quæ species innumeris carminum popularium locis describitur, in quibus haud scio an quidquam præclarius eniteat et vividius animos legentium homerica quadam similitudine commoveat, quam quod viri alii in alios dictis invehuntur, et convitia certamini intermiscent ; quo res fervidior, et propius ad veram martis imaginem accedit.

Nec prætermittendum est tot locis referri de avium inter se aut cum Klephtis colloquiis, ministeriis, vaticiniis, ita ut quasi consciæ et familiares Klephtarum videantur ; quæ vivos admonent, et occisos lugent, et eorum novissima verba ad socios ferunt. Quæ fides quibusdam veterum opinionibus respondere videtur, nisi forsan, quod ex uno quidem et singulari loco conjici possit, sub illa imagine intelligendum sit latere defunctorum manes :

Ἐγὼ πουλὶ σοῦ φαίνομαι, ἀλλὰ πουλὶ δὲν εἶμαι...
ὁ Τσαμαδὸς εἶμαι ἐγὼ καὶ ἦρθα μέσ' στὸ κόσμο·

στοὺς οὐρανοὺς ποῦ κάθομαι καθαριὰ σᾶς ξανοίγω,
μὰ νὰ σᾶς διῶ ἀπὸ κοντὰ εἶναι ἡ ἐπιθυμιά μου.
(Passow, 256.)

Avis ego non sum, etsi avis tibi videor;
Ego sum Tsamadus, et veni inter vivos.
E cœlo quidem, quæ sedes mea, perspicue vos dispicio;
prope autem vos intuendi cupiditate laboro.

Carminum pleraque res et homines memorant elapsi seculi; quinque tantum ad superiora tempora, id est, ad Adrianopolim Constantinopolimque oppugnatas pertinent; pauciora sunt hujus seculi; ceterorum ætas incerta est. Plurima igitur desiderari, et cantilenarum quas habemus quantacumque copia necquicquam contineri summam illarum quæ diversis temporibus apud Græcos provenerint, verisimile est: quarum largior si copia fuisset, satis locupletem haberemus, quum alia monumenta desint, historiæ materiam. Quanquam sic liquet nec vim poeticam, avitum gentis munus, nec liberos spiritus vel iniquissimis tempestatibus Græcis defuisse, ita ut Musa popularis haud injuria Klephtarum nomina et res actas prædicaverit, semina quidem belli majoris et libertatis futuræ. Nec, ut opinor, huic loco alienum sit referre hanc ignoti cujusdam poetæ cantilenam Creticis montibus et Klephtis in hunc modum valedicentem:

Ἔχετε γειά, ψηλὰ βουνά, καὶ κρυσταλλένιαις βρύσες·
ἔχετε γειά, κλεφτόπουλα, κέσεῖς παλληκαράδες.
Πεθαίνετε στὴ νιότη σας μὲ τὸ σπαθὶ στὸ χέρι,
χωρὶς ν' ἀκοῦτε κλάμματα, μαννάδων μυρολόγια.

Φύτρωσ' ἀπὸ τὸ αἷμα σας ἕνα κυπαρισσάκι·
Ἐλευθεριὰ καλούντανε, τοῦ γένους ἡ ψυχοῦλα,
καὶ πήγαινε ψηλὰ ψηλὰ ὡς τὰ μεσουρανία.
μὰ ἦρθαν μαυροκόρακες καὶ τὸ σκουληκοφάγαν.
(Ineditum.)

Valete, alti montes et fontes pellucidi :
valete, Klephtica juventus.
Vos, ipso in flore ætatis, dum dimicatis gladio, obitis mortem,
nec vobis fletibus matrum licet aut næniis frui.
Crevit autem e sanguine vestro cupressus,
cui Libertas nomen erat, gentis ipsius anima et vis :
sublimis illa in cœlum abibat ;
sed eam ut vermes exederunt corvi.

II.

1. Optime de Musis meritus est ille Faurielus qui carmina popularia primus produxit in lucem et in librum coegit; quod Græcorum erat munus, nisi hominibus venustissimis affectus et opiniones et sermo populi summa fastidia movissent. Domi ergo quæ vilia, barbara, inepta habebantur, peregre placuerunt; placuit operis genus omni studio et cultu liberum, omni veterum vel peregrinorum exemplarium imitatione, populare plane, domesticum, indigenum, liberalissimum idem, etsi illitteratissimum; placuit ob ipsam sinceritatem plebeiæ et vernaculæ linguæ, quodque minus exspectatam eoque gratiorem legentibus voluptatem afferret, quod ne operibus quidem contingit quibus multum olei et temporis impensum est.

Popularia carmina optime docent quatenus ad poeticas artes populi lingua et ingenium valeat; non jam enim scriptores, sed homines indoctos habemus, nec opus umbratile et meditatum, sed res et verba qualia

ferat liber animi impetus. Nec omnium quidem populorum lingua aut ingenium iisdem operibus apta sunt: Græcorum vero recentioris linguæ, hujus demum quæ popularis dicitur, variæ opes et præstantissimæ.

Primum enim suavissime sonat, quod plurimum interest rei, siquidem de versibus summum est auris arbitrium. Tum ea varietas est toni, quippe cui tres loci in vocabulis apti sint, ut nec mollius cadere verba reprehendas, nec nimium sibi pares clausulas recurrere, quod vel maximæ sonorum suavitati affert submolesti aliquid. Tum vocabulis et locum et formam immutandi licentia, ita ut modo porrecta, modo recisa aut contracta, sponte sua in numeros concurrere videantur. Metri etiam ratio simplicissima et expeditissima, numerosa tamen. Denique ea copia atque ea diversitas, ut non laboret poetæ ingenium et impetus egestate vocabulorum, vel metri angustiis, et quasi ferrea structuræ necessitate.

Jam vero quam feliciter Musæ populari, quam præclare opus successerit, supervacaneum disserere videtur, quum carmina rem ipsam declarent; e quibus quidem duo insignissimis insigniora afferam, ne ultra modum quidquam dixisse videar. Utrique inventio rerum eximia et singularis, novæ et insolitæ imagines, vis sermonis et color præstantissimus.

1. Γιάτ' εἶναι μαῦρα τὰ βουνὰ, καὶ στέκουν βουρκωμένα;
μὴν ἄνεμος τὰ πολεμᾷ; μήνα βροχὴ τὰ δέρνει;
Κιοὐδ' ἄνεμος τὰ πολεμᾷ, οὐδὲ βροχὴ τὰ δέρνει.

Μόνε διαβαίν' ὁ Χάροντας μὲ τοὺς ἀποθαμμένους·
σέρνει τοὺς νιοὺς ἀπὸ μπροσθὰ, τοὺς γέροντας κατόπι,
τὰ τρυφερὰ παιδόπουλα στὴν σέλλ' ἀραδιασμένα.
Παρακαλοῦν οἱ γέροντες, τἀγόρια γονατίζουν·
Χάρε μου, κόνεψ' εἰς χωριὸ, κόνεψ' εἰς κρυὰ βρύσι,
νὰ πιοῦν οἱ γέροντες νερὸ, κοὶ νιοὶ νὰ λιθαρίσουν,
καὶ τὰ μικρὰ παιδόπουλα νὰ μάσουν λουλουδάκια. —
Κιοὺδ' εἰς χωριὸ κονεύω 'γὼ, κιοὺδὲ εἰς κρυὰ βρύσι·
ἔρχοντ' ἡ μάνναις γιὰ νερὸ, γνωρίζουν τὰ παιδιά τους,
γνωρίζονται τ' ἀνδρόγυνα, καὶ χωρισμὸ δὲν ἔχουν.
(Passow, 409.)

Quare nigri et offusi caligine montes?
Luctantur cum ventis, an cæduntur imbribus?
Nec cum ventis luctantur, nec cæduntur imbribus.
Charon transit mortuos agens;
rapit juvenes ante se, et seniores a tergo,
et teneros infantes e sella suspensos.
Illum seniores, illum juvenes genibus flexis obsecrant:
— Siste, mi Charon, in pago, et ad fontem gelidum,
ut bibant senes aquam, et disco juvenes ludant,
ut teneri infantes flosculos legant.
— Non in pago sisto ego, neque ad gelidum fontem:
ut enim veniunt aquatum matres, liberos agnoscunt;
agnoscuntur conjuges, nec jam queunt separari.

2. Ὁ Ὄλυμπος κιὸ Κίσσαβος τὰ δυὸ βουνὰ μαλλόνουν·
τόνα παινιέται στὰ σπαθιὰ, καὶ τἄλλο στὰ τουφέκια.
Γυρίζ' ὁ γέρος Ὄλυμπος, καὶ λέγει τοῦ Κισσάβου·
— Μὴ μὲ μαλλόνῃς, Κίσσαβε, μπρὲ τουρκοπατημένε...
ἐγῶμ' ὁ γέρος Ὄλυμπος, στὸν κόσμο ξακουσμένος·
ἔχω σαράντα δυὸ κορφαὶς κιἐξῆντα δυὸ βρυσοῦλαις·
κάθε κορφὴ καὶ φλάμπουρο, κάθε κλαδὶ καὶ κλέφτης·
καὶ στὴν ψηλή μου τὴν κορφὴ ἄϊτὸς εἶν' καθισμένος,

ὁποῦ κρατεῖ στὰ νύχια του κεφάλι ἀνδρειωμένου·
— Κεφάλι, τ' εἶναι πώκαμες κεῖσαι κριματισμένο;
πῶς σοὖρθε κὲκατάντησες στὰ νύχια τὰ δικά μου;
— Φάγε, πουλὶ, τὰ νιάτα μου, φάγε καὶ τὴν ἀνδρειά μου,
νὰ κάμῃς πήχη τὸ φτερὸ, καὶ πιθαμὴ τὸ νύχι.
(Id., 151.)

Jurgantur ambo montes Olympus et Ossa.....
Conversus in Ossam pater Olympus:
— Ne jurgia moveas mihi, a Turcis calcate Ossa!
Ego sum pater Olympus, toto in orbe notus;
sunt mihi quadraginta duo culmina, fontes sexaginta duo;
quot culmina et dumi, tot mihi vexilla et Klephtæ;
et summo culmine insidet aquila
herois caput unguibus tenens:
— Quæ culpa, heus caput, quid scelus est tuum?
Qui factum est ut in ungues venires meos?
— Pascere, aquila, hoc robur, hanc juventutem,
ut tibi ala sesquipes, unguis fiat spithamæus!

Jam vero deficiente, ut opinor, vena unde nova carmina oriantur, periculum est ne obsolescat maturius musa popularis, quum ad urbanorum imitationem vulgus et rustici quadam necessitate deflectant, et rusticano ac plebeio sermoni quæque dies aliquid illius saporis et sinceritatis detrahat, jam nova et valde diversa dicendi scribendique præcepta ferentibus grammaticorum officinis, a quibus decretum est ne jam *usum penes* foret *arbitrium et jus et norma loquendi*, et ut ad obsoleta majorum exemplaria dicendi ratio retorqueretur: qui morbus gliscere in dies, et jam extra muros vagari, ita ut vix demarchuli scribam invenias quin ad normam illam scholasticam putidius

eloquatur. Non autem hic disquirendi locus cur perdituri sint operam qui Tempora et Modos et Casus hodiernæ restituere linguæ laborant, quos pessime quidem de utraque lingua constat mereri, quippe qui veteris vocabula ad hodiernos usus quamvis repugnantia detorqueant, recentiori autem jam præciderint quidquid per se ipsam effectura esset. Quam vero illi somniant dicendi rationem, eam aut plane popularem unquam fore, aut quidquam effecturam esse in litteris, confidenter nego; non enim qui vere dicantur auctores, id est, rerum et verborum inventores, nova ista ratione provenient, sed meri imitatores. Ex quo autem inceperunt medicationibus linguam vexare, quid tolerabile ac litteris dignum ediderunt qui novæ rationis studiosi, antiqua recentiaque scribendo miscent? Immo populari sermone usi sunt, quorum versus laudantur, poetæ; nec quisquam, modo sanus, sibi proposuit pindarica scribere. Quid autem quod iidem curatores linguæ constanter negant tolerari posse prosam popularem, et rusticis ac mulionibus esse relinquendam! Quasi non ex humili primum et angustiore loco omnis humanus sermo proficiscatur, priusquam summorum ingeniorum opera, tempore etiam haud parum adjuvante, adolescat et plenus perfectusque quasi maturitate sua fruatur.

Unus tamen, et fere ignotus, etsi non despiciendus nonnullorum carminum auctor Joanninensis Vilaras, non desperavit aliquid et in prosa popularem linguam posse, et experiri voluit quatenus Platonis et Thucydidis verba plebeio sermone exprimeret. Quod ad conciones Thucydidis, res ardua quidem, nec adeo, ut mihi vi–

detur, feliciter successit; quod vero ad Platonem, insigniter : et ea, quæ subjunxi, exempla perlegenti saltem veniet in mentem illius qui, tribus ante seculis, lingua adhuc tenera et tanquam proludente, scriptor venustissimus Plutarchum apud nos et Longum civitate donavit. Et græco scriptori amœnissime fluens oratio, et quotidiano sermoni proximum quidem dicendi genus, sed liberalissimum.

SELECTA QUÆDAM E PLATONIS CRITONE (1).

Σ. Τί τηνίκαδε ἀφῖξαι, ὦ Κρίτων, ἢ οὐ πρωὶ ἔτι ἔστι;

Κ. Πάνυ μὲν οὖν.

Σ. Πηνίκα μάλιστα;

Κ. Ὄρθρος βαθύς.

Σ. Θαυμάζω ὅπως ἠθέλησέ σοι ὁ τοῦ δεσμωτηρίου φύλαξ ὑπακοῦσαι.

Κ. Ξυνήθης ἤδη μοι ἐστὶν, ὦ Σώκρατες, διὰ τὸ πολλάκις δεῦρο φοιτᾶν, καίτοι καὶ εὐεργετεῖται ὑπ' ἐμοῦ.

. . . .

Σ. Ἀλλ' ὧδε σκόπει. Εἰ μέλλουσιν ἡμῖν ἐνθένδε εἴτε ἀποδιδράσκειν εἴθ' ὅπως δεῖ ὀνομάσαι τοῦτο, ἐλθόντες οἱ νόμοι καὶ τὸ κοινὸν τῆς πόλεως, ἐπιστάντες ἔροιντο· Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, τί ἐν νῷ ἔχεις ποιεῖν; ἄλλο τι ἢ τούτῳ τῷ ἔργῳ ᾧ ἐπιχειρεῖς διανοεῖ τούς τε νόμους ἡμᾶς ἀπολέσαι καὶ ξύμπασαν τὴν πόλιν, τὸ σὸν μέρος; ἢ δοκεῖ σοι

Πῶς ἦρθες τέτοιαν ὥρα, Κρίτωνα, ἢ δὲν εἶναι τόσο πουρνό;

Καὶ πολύ.

Ὡς πόσο πολύ;

Γλυκοχαράμματα.

Θιαμαίνομαι πῶς ἔστρεξε ὁ ἐπιστάτης τῆς φυλακῆς νὰ σ' ἀφήκῃ.

Ἄμ μὲ γρωνίζει, Σώκρατη, ἀπὸ τὸ συχνοέρθη μου, κιάπαὶ, κάτι τὸν χαϊδεύω κιδλα.

. . . .

Κύτταξε ἐδώ. Ἀνισωστὰς καὶ τὴν ὥρα ὁποῦ θέλα φεύγομε κρυφᾶ ἀπεδῶ ἢ ὅπως τυχαίνει νὰ τὸ εἰποῦμε, ἐρθοῦν οἱ νόμοι καὶ ἡ κοινότητα τῆς πολιτείας, καὶ παρασταθοῦν νὰ μᾶς ῥωτήσουν· Πές μας, Σώκρατη, τί ἔχεις μὲ νοῦ νὰ κάμῃς; καὶ τί ἄλλο διανόγεσαι μὲδ' αὐτὴ τὴ δουλειὰ ὁποῦ πιχειρίζεσαι, παρὰ νὰ χαλάῃς τὸ μερτικό σου κἐμᾶς τοὺς νόμους

(1) Ποιήματα καὶ πεζά τινα Ἰωάννου Βηλαρᾶ... ἐν Ζακύνθῳ, 1859.

οἰόντε ἔτι ἐκείνην τὴν πόλιν εἶναι, καὶ μὴ ἀνατετράφθαι, ἐν ᾗ ἂν αἱ γενόμεναι δίκαι μηδὲν ἰσχύωσιν, ἀλλ' ὑπὸ ἰδιωτῶν ἄκυροί τε γίγνωνται καὶ διαφθείρωνται;

καὶ τὴν πολιτείαν ὁλόβολη; ἢ σοῦ φαίνεται πῶς μπορεῖ νὰ μένῃ καὶ νὰ μὴν ἀναποδογυρισθῇ μιὰ πολιτεία στὴν ὁποία ἡ κρίσες ὁποῦ ἀποφασισθοῦν, νὰ μὴν ἔχουν δύναμι, μόνε νὰ μνήσκουν ἄκυραις καὶ νὰ χαλνιοῦνται ἀπὸ τοὺς μερικούς;

....

....

Σ. Ἀλλὰ νῦν μὲν ἀδικημένος ἄπει (ἐὰν ἀπίῃς) οὐχ ὑφ' ἡμῶν τῶν νόμων, ἀλλ' ὑπ' ἀνθρώπων· ἐὰν δὲ ἐξέλθῃς οὕτως αἰσχρῶς ἀνταδικήσας τε καὶ ἀντικακουργήσας, τὰς σαυτοῦ ὁμολογίας τε καὶ ξυνθήκας τὰς πρὸς ἡμᾶς παραβὰς καὶ κακὰ ἐργασάμενος τούτους οὓς ἥκιστα ἔδει σαυτόν τε καὶ φίλους καὶ πατρίδα καὶ ἡμᾶς, ἡμεῖς τέ σοι χαλεπαινοῦμεν ζῶντι καὶ ἐκεῖ οἱ ἡμέτεροι ἀδελφοὶ οἱ ἐν Ἅδου νόμοι οὐκ εὐμενῶς σε ὑποδέξονται, εἰδότες ὅτι καὶ ἡμᾶς ἐπεχείρησας ἀπολέσαι τὸ σὸν μέρος· ἀλλὰ μή σε πείσῃ Κρίτων ποιεῖν ἃ λέγει μᾶλλον ἢ ἡμεῖς.

Καὶ τώρα, ἂν πᾷς, παγαίνεις ἀδικημένος ὄχι ἀπὸτ ἐμᾶς τοὺς νόμους, μόνε ἀπὸ ἀθρώπους. Εἶ δὲ καὶ βγῇς καὶ ξεδικηθῇς καὶ κακοποιήσῃς μὲ τόσο ἄσχημον τρόπο, πατῶντας ταὶς συμφωνιαὶς, καὶ ὑπόσχεψες ὁποῦ μᾶς ἔχεις δώκῃ, καὶ κάνοντας κακοσύνη σ' ἐκείνους ὁποῦ δὲν ἔπρεπε καθόλου, στοῦ λόγου σου καὶ στοὺς φίλους σου καὶ στὴν πατρίδα καὶ σ' ἐμᾶς, κἐμεῖς θέλα σὲ ὀργισθοῦμε στὰ ζῶντά σου, κἐκεῖ τ' ἀδέλφια μας οἱ νόμοι τοῦ Ἅδη δὲ θέλα σὲ δεχθοῦν μὲ καλοσύνη, ξερῶντας πῶς κἐμᾶς ἐπιχειρίσθηκες νὰ χαλάῃς ὅσο ἐδυνόσουν· κιὰς μὴ σὲ καταπείσῃ ὁ Κρίτωνας νὰ κάμῃς ὅσα λέει αὐτὸς, μόνε ἡμεῖς.

(Θιαμαίνομαι, Epiroticum pro θαυμαίνομαι, θαυμάζω — ἔστρεξε : στέργω, *æquo animo ferre, non abnuere;* vox vulgo desueta — ἀφήκῃ : conjunctivus præteriti in objectivo ; forma insolentior pro ἀφήσῃ — γρωνίζει, Epiroticum pro γνωρίζει — κιάπαί (καὶ ἀπό) : in modum adverbii : καὶ πρὸς τούτοις — χαϊδεύω : proprie *blandiri;* hic, *mercedula donare* (vox turcica). — ἀνισωστάς, Epiroticum pro ἀνίσως — μέδ pro μέ, ut infra ἀπότ pro ἀπό — ὁλόβολη pro ὅλη — χαλνιοῦνται (χαλνῶ pro χαλάω, χαλῶ) — ἀθρώπους, Epiroticum (et Atticum) pro ἀνθρώπους — δώκῃ pro δώσῃ (vide supra ἀφήκῃ) — στὰ ζῶντά σου : *te vivo*).

Habes igitur popularis prosæ quasi rudimentum;

quod quidem dicendi genus, nisi plerosque ab horum exemplorum imitatione grammatici deterruissent, exspectantibus quo recentior lingua progredi posset, spem sane multo meliorem faciebat, quam quod ad hunc diem diversam rationem secuti scriptores effecerunt.

2. Klephticis quidem cantilenis certam statuere ætatem expeditum est; nam fere nulla est quæ seu vocabulis, seu rebus ipsis quas memorat, Turcarum non nos admoneat, nec nisi redacta in Turcicam provinciam Græcia, Klephtica latrocinia exstiterunt. Klephtarum autem qui nominatim referuntur, duo tantum circa initium proximi seculi vivebant; ceteri sunt recentiores.

Parvula autem quæ habemus de Adrianopolis et Constantinopolis clade carmina, dubito num sint vetustissima; certe in illis sermo omni nota peculiari caret. Jam vero ceteris carminibus, quæ nec ad Klephtarum gesta nec ad res historicas pertinent, Turcicæ passim quæ occurrunt, passim Italicæ voces, quinto decimo maxime seculo recentiorem ætatem constituere videntur, a quo tempore quidem multo majorem quam antea peregrinorum verborum copiam in græcum sermonem irrupisse verisimile est. Quin etiam, vix dubito quin his eadem atque Klephticis carminibus assignanda sit ætas, quum absit oratione omnis color et nota vetustatis, formas dico a scriptoribus quinti decimi seculi frequentatas, quarum nulla insignior quam hæc quæ apud Phrantzem (ut unum e recentissimis referam) innumeris locis recurrit:

οἶδας τοῦ ποιεῖν καὶ λέγειν — ἐὰν θέλεις τοῦ μὴ ποιεῖν ἀδι-

κίας — διὰ τὸ λέγειν αὐτὸν τοῦ μὴ ἐγεῖραι μάχην — πρὶν ἢ τοῦ εἰπεῖν — τελειώσας τοῦ λέγειν.*

Ceterum, qualicumque assignaveris ætati carmina quæ in medio sunt, superioribus seculis et alia et permulta provenisse in dubio esse, ut opinor, nequit; quum vero tempus aut rerum de quibus agebatur memoriam exstinxerit, aut omne vetustatis indicium in illis quæ supersunt deleverit, quanam ætate edita fuerint jam incertum est. Duo tamen adhuc omissa afferre velim, unum e Georgillæ de capta Constantinopoli carmine selectum, quod populare quidem, aut saltem ad popularium carminum imitationem fictum esse nemo negaverit:

Ἄρης ἐπερνοδιάβαινε τὴν τρίτην βουρκωμένος,
ἀπὸ τὸν Ἅγιον Ῥωμανὸν ὅλως αἱματωμένος,
στὸ αἷμα τῶν Χριστιανῶν αἱματοκυλισμένος.
Ἡ Ἀφροδίτη ἔστεκε τὰ δάκρυα γεμισμένη,
νὰ κλαίῃ νέους εὔμορφους, κοράσια ὡραιωμένα·
καὶ ὁ Ἑρμῆς τάχα θρηνῶν παρηγορῶν ἐκείνην·
— Τί ἔχεις, Ἀφροδίτη μου, καὶ εἶσαι χολιασμένη; —
Καὶ ἡ Σελήνη ἀπομακρὰ στέκει κιοὐδὲν σιμόνει,
καὶ βλέπει καὶ θαυμάζεται καὶ τρέμει ἀπὸ τὸν φόβον,
καὶ τὰ στοιχεῖα τοὐρανοῦ κλαίουν, θρηνοῦν τὴν πόλιν.

Tertia die Martem obscuratum vidimus,
Cruore quem ad Sancti Romani collegerat madentem,
Christianorum scilicet in cruore volutatum.
Stabat perfusa lacrimis Venus,
pulchros juvenes deflens formosasque virgines:
cui mœrens ipse Mercurius, utpote solabundus,
« Venus, quid doles et irasceris? »
Et Luna seorsum, remota a ceteris,

videt et admiratur et expavescit;
et cœli dæmones lacrimant, miserantur urbem.

(Τὴν τρίτην, dies apud Græcos nefasta. — Ἅγιος Ῥωμανός, Sancti Romani ædes, cui proxima urbis porta ad quam cecidit fortiter dimicans Constantinus imperator. — θρηνῶν, παρηγορῶν, hodie θρηνῶντας, παρηγορῶντας. — οὐδὲν σιμόνει, hodie δέν.)

Alterum autem, quod in Chronico Theophanis latebat (1), pertinet ad initium septimi seculi. Theophanis hic est locus (p. 437, edit. B.) :

Εὕρηκεν τὴν δαμαλίδ' ἁπαλὴν, καὶ ὡς τὸ καινὸν ἀλεκτόριν, ταύτῃ πεπήδηκεν, καὶ ἐποίησεν παιδία ὡς τὰ ξυλοκούκουδα· καὶ οὐδεὶς τολμᾷ λαλῆσαι, ἀλλ' ὅλους ἐφίμωσεν. Ἅγιε μου, Ἅγιε φοβερὲ καὶ δυνατὲ, δὸς αὐτῷ κατὰ κρανίου ἵνα μὴ ὑπεραίρηται· κἐγώ σοι τὸν βοῦν τὸν μέγαν προσαγάγω εἰς εὐχήν.

Rursus apud Cedrenum (p. 703, edit. B.):

Εὕρηκε τὴν δαμαλὴν ἁπαλὴν, καὶ ὡς τὸ καινὸν ἀλεκτόριον, πεπήδηκεν αὐτὴν, καὶ ἐποίησε παιδία ὡς τὰ ξυλοκώδωνα. Ἅγιε μου, Ἅγιε, δὸς αὐτῷ κατὰ κρανίου ἵνα μὴ ὑπεραίρηται, κἐγώ σοι τὸν μέγαν βοῦν προσαγάγω εἰς εὐχήν.

Cujus quidem cantilenæ, quum in dubio sit num omni emendatione uterque scriptor abstinuerit, haud affirmare ausim an sic constituendi sint numeri :

Εὕρηκε τὴν δαμαλίδ' ἁπαλὴν,
κιὼς τὸ καινὸν ἀλεκτόριν
πεπήδηκεν αὐτὴν,
κἐποίησε παιδία

(1) Nondum, quum hæc scriberem, in manus venerat Zampelii opus quod Μελεταὶ βυζαντιναί inscriptum est : et ille bene judicavit de Theophanis loco.

ὡς τὰ ξυλοκούκουδα,
κιοὐδεὶς τολμᾷ λαλῆσαι,
ἀλλ' ὅλους ἐφίμωσε.
Ἅγιέ μου, Ἅγιε φοβερὲ καὶ δυνατέ,
δὸς αὐτῷ κατὰ κρανίου
ἵνα μὴν ὑπεραίρηται,
κἐγώ σοι τὸν βοῦν τὸν μέγαν
προσαγάγω εἰς εὐχήν.

Cantilenarum eadem demum ac linguæ popularis ratio : cujus quidem non nisi rara indicia altius decem seculis repetenti occurrunt, quamvis et a primis ævi nostri diebus jam multa contra antiquam syntaxin peccantur, multa ad simplicitatem ac perspicuitatem novantur, unde graves etiam in grammatica necesse erat mutationes fierent. Ne vero fucum faciant illi veteris eloquii sectatores Byzantini, quippe qui fraudis ipsi suæ proditores, interdum comptæ orationi hominum nomina, colloquia, epistolas adhibuerint quæ longe aliter sonant; tum et apud eosdem syntaxis graviter laborat. Et illi quidem sibi ipsi formam eloquendi induerunt quam summopere probabant, Nicetæ autem ab aliis induta est, ita ut duplicem nunc habeamus Nicetam, unum quidem ut opinor genuinum et populari sermone utentem, alterum expurgatum et corruptum; quod confitentur codices inter se contrarii :

ἁπλώσας τοῦτον ἐπὶ γῆς — πρηνῆ ταθέντα.

ἐξετάζων καὶ γυρεύων τὰ χαωθέντα πράγματα — ἐξέτασιν περὶ τῶν ἀπολωλότων χρημάτων ποιούμενος.

μαῦρος λεγόμενος — μέλας τοὔνομα.

βροχῆς πολλῆς — ῥαγδαίων ὑετῶν.

ὁλοστρόγγυλος — ἑλικοειδής.

τὰ κοντάρια ἐτσακίσθηκαν — τὰ δόρατα κατεάγει.

μέχρι καὶ τῶν κεραμίων αὐτῶν — εἰς διώροφά τε καὶ τριώροφα.

ἦσαν δὲ τσούβαλα καὶ σαγιὰ μαλιτικά — ἦσαν . . . πήρας ἐντὸς καὶ οἷς πηγεσίμαλλος.

εἰς βότρυν ἀγουρίδος μόλις ἵνα εὕρῃ τις μιὰν ῥῶγαν ὥριμον — ἐν πολλοῖς ὄμφαξι μίαν ῥᾶγα πεπανθεῖσαν μόλις εὑρήσει τις.

τὴν μὲν ἡλικίαν κοντόν — βραχὺν τὸ δέμας.

τί ἵνα γενώμεθα; ποῦ ἵνα πορευθῶμεν; — τίνες γενοίμεθα; ποῖ τραποίμεθα;

ὅσον μὴ σώζειν σαγίταν — μὴ βέλους ἐντός, κ. τ. λ. . . .

Quæ quidem perlegens, adultæ jam et in publico usu regnanti populari linguæ obloquentes audire mihi videor et quasi interdicentes ei litteris, veteris illius æmulatores linguæ, in quos sane, si Græciæ recentioris jacent litteræ, ita ut nonnullis qui de Græcia male ominari gaudent, illæ in posterum etiam desperatæ videantur (nam ne ipsi quidem incepto suo suffecerunt), majorem culpæ partem cadere æquum est.

III.

Ut medio ævo non defuisse musam aliquam paganicam et credimus et satis videmur monstravisse, ita veteribus etiam Græcis populares fuisse cantilenas quum scriptores nos edocent, tum ex ipsa veteris Græciæ disciplina haud ægre concluditur, in qua tantum musicæ tribuebatur quantum aut apud alias gentes aut aliis temporibus nunquam tributum est; namque nec publici conventus, nec ludi, nec sacra vel pompæ agebantur, quin iis admoveretur cum saltatione cantus; tum et in epicis lyricisve recitandis carminibus, comœdiis etiam et tragœdiis ipsis, nunquam disjuncta fuit a musica poesis; jam vero et in instituendis pueris musica gravissimo munere fungebatur, quum quidquid discebant pueri, caneretur (1).

A populo autem inventa prius res quam certa ratione a poetis tractaretur. Quo pacto enim tanti mo-

(1) Cf. Luciani Anacharsim, 21.

menti fuisset res in artibus, litteris, et institutione, nisi eam mores sponte sua protulissent? Namque ubi desunt seu peregrinorum poetarum sive indigenarum exemplaria, quibus quidem adjuti novi exoriantur poetæ, aut poeta exsistet nullus, aut certe populum sibi magistrum habeat necesse est, cujus quidquid vena inconditum effuderit, arte et industria et meditatione ipse et exornet et augeat. A primis igitur temporibus Græci per se ipsos sine arte, sine exemplo, fecerunt id quod postea insignibus ingeniis excultum ad summum dignitatis gradum provectum est. Quæ quidem, quum effusa in auras nec litteris mandata, paucis exceptis, interierint, diversa tamen scriptorum testimonia nobis opem ferunt, et prohibent quin formas et genera popularium cantilenarum penitus ignoremus.

Minime verum operæ pretium fore arbitror, obscura cantilenarum quæ sola plerumque exstant nomina referre, et quid Linus aut Lityerses, quid Aletis et Ialemus (1) et aliæ de quibus parum constat, sibi voluerint, disserere : quarum aliæ mœrori pariter et lætitiæ conviviisque, ut Linus, apta erant :

Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε· λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν

(1) Λίνος δὲ καὶ αἴλινος οὐ μόνον ἐν πένθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' εὐτυχῆ μολπῇ (Athenæus, XIV, 618). — Ἀποθανόντος δὲ τοῦ Λίνου τὸ ἐπ' αὐτῷ πένθος διῆλθεν... (Pausan., IX, 29). — Ἰαλέμων· τῶν θρήνων, ἀπὸ Ἰαλέμου τῆς Καλλιόπης καὶ Ἀπόλλωνος· τινὲς δὲ τοῦτον τὸν αὐτὸν τῷ Λίνῳ φασὶν ὃν καὶ ἐπὶ θρήνῳ λέγουσιν (Schol. ad Euripidis Orestem. 1391). — Ἦν δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς Ἑώραις τις, ἐπὶ Ἠριγόνῃ, ἣν καὶ Ἀλῆτιν λέγουσιν ᾠδήν (Athen., XIV, 619).

λεπταλέῃ φωνῇ . . .

(Ilias, XVIII, v. 570.)

Οὐρανίη δ' ἄρ' ἔτικτεν Λίνον . . .
ὃν δὴ ὅσοι βροτοί εἰσιν ἀοιδοὶ καὶ κιθαρισταί
πάντες μὲν θρηνοῦσιν ἐν εἰλαπίναις τε χοροῖς τε,
ἀρχόμενοι δὲ λίνον καὶ λήγοντες καλέουσιν.

(Hesiodi fragm. 94.)

Aliæ a textoribus, ut quæ Elinus dicebatur a Lino forsan haud diversa, aliæ inter messendum, ut quæ Lityerses, decantabantur :

Ἡ δὲ τῶν ἱστουργούντων ᾠδὴ ἔλινος (Athen., XIV, 10). — Κατὰ μέν τινας ἀπὸ τοῦ κλωστοῦ λίνου (Hesychius). — Ἡ δὲ τῶν θεριστῶν ᾠδὴ λιτυέρσης (Athen., XIV, 10).

Quibus quidem cantilenis, neglectis quæ veteres de nominum origine commenti sunt, nihil aliud flevisse homines, auctore Plutarcho (Isis et Osiris, § 489), opinor, nisi hibernam occultationem frugum et quasi interitum naturæ.

Jam vero inter omnes insignissimæ quæ in domesticis funeribus habebantur cantilenæ; qui mos, a recentioribus Græcis ad hunc diem servatus, passim apud auctores nominibus variis significatur :

Μήθ' ὁμαρτεῖν τυμβοχόα χειρώματα,
μήτ' ὀξυμόλποις προσσέβειν οἰμώγμασιν.

(Æsch. Thebaïs, v. 1022.)

Μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ
θρήνεον.

(Odyss., XXIV, v. 60.)

Ἧδ' ἐπὶ τοῖς θανάτοις καὶ λύπαις ᾠδὴ ὀλοφυρμὸς καλεῖται (Athen., XIV, 10). — Νῦν δὲ ἀπολοφυράμενοι ὃν προσήκει ἕκαστος, ἄπιτε (Thucyd., II, 46).

Qui planctus, ut pars exsequiarum, mortuis debebantur; nec semel quidem in scena res a tragicis agitata : apud quos longiores etiam occurrunt querelæ, ut illæ Electræ alloquentis Orestem, et quas apud Æschylum de fratrum internecione effundunt alternis vicibus Antigone et Ismene :

Παισθεὶς ἔπαισας — σὺ δ' ἔθανες κατακτανών —
δορὶ δ' ἔκανες — δορὶ δ' ἔθανες —
μελεόπονος — μελεοπαθής —
ἴτω δάκρυα — ἴτω γόος —
. . . .
ἰὼ πάντων πολυστονώτατοι —
ἰὼ δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ —
ἰὼ ἰὼ ποῦ σφε θήσομεν χθονός;
(Septem c.Thebas, v. 961-1002.)

Ultimi Persarum chori ratio eadem, quippe qui etiam in meros desinat ejulatus; quod saltem non temere a poeta adhibitum, sed petitum ab usu populari :

Ἄνια, ἄνια.
Αἶ, αἶ, αἶ, αἶ. δύα, δύα.
Ὀτοτοτοτοῖ.
Ἰὼ δῆτα ναὶ ναὶ
ἢ ἢ ἢ ἢ τρισκάλμοισιν
ἢ ἢ ἢ ἢ βάρισιν ὀλόμενοι.
(v. 1040-1075.)

Præclarum etiam in Iliade (XXIV) myrologii exemplum, etsi rerum et personarum peculiari conditione factum sit ut verba, ni fallor, a myrologiorum communi ratione abhorrerent; qui vero valet apud hodiernos, eumdem et illis temporibus morem fuisse videmus, ut in exercendo luctu partes viri non haberent, nec nisi honoris causa credendum est illos ἀοιδοὺς θρήνων ἐξάρχους affuisse Hectoris feretro. Quæ autem apud Sophoclem effundit jam moritura Antigone, mirum est quam apte hodiernorum myrologiorum colorem referant :

Ἀλλ' ἐμ' ὁ παγκοίτας
Ἀΐδας ζῶσαν ἄγει . . . . . .
. . . . . οὔτ' ἐπινυμφίδιός
μέ τις ὕμνος
ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω (1).
(v. 810.)

Popularium autem cantilenarum quæ preces et laudes Deorum continebant, nomina hæc sunt :

Οἱ δὲ Ἴουλοι καλούμενοι ᾠδαὶ Δημήτρι καὶ Φερσεφόνῃ πρέπουσιν· — ἡ δὲ εἰς Ἀπόλλωνα ᾠδὴ φιληλιάς· — οὔπιγγοι δὲ αἱ εἰς Ἄρτεμιν (Athen., XIV, 10).

Ἴουλοι sive οὖλοι dicebantur congesti in fascem manipuli; unde quidem ad hymnos, et ad ipsam Cererem nomen transiit : cujus quidem cantilenæ nihil superest,

(1) Ἐψὲς ἐγὼ πανδρεύθηκα, ἐψὲς ἀργὰ τὸ βράδυ,
ὁ Ἄδης εἶν' ὁ ἄνδρας μου, ἡ πλάκ' ἡ πεθερά μου. (Passow, 374.)

præter hanc exclamationem πλεῖστον οὖλον ἵει, ἴουλον ἵει (1).

Nomen φιληλιάς ab his ductum, quibus obscuratum nubibus solem alloquebantur pueri, ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε (Suidas). Pæanes autem vulgo hymni in Apollinem dicti, Pæan et ipse dictus; quanquam et latius patuisse nomen ex hoc Hesychiano constat : Παιᾶνας· κώμους, εὐφημίας, ᾠδὰς, ὕμνους εἰς θεόν. — Παιανισμὸς, ἀλαλαγμός. — Παιάν· εἶδος ᾠδῆς, ἡ ᾠδὴ ἐπὶ ἀπαλλαγῇ κακῶν ἢ αἰσχροῦ τινος. Quem legitimum, id est avertendæ pestis causa susceptum Pæanem, in Œdipo Sophoclis habemus,

ἰήϊε Δάλιε Παιάν. (v. 152.)

In Æschyli autem Thebaïde (v. 268), fausti ominis ululatus est Pæan,

ἀλαλαγμὸν ἱερὸν εὐμενῆ παιάνισον
. . . .
θάρσος φίλοις, λύουσα πολέμιον φόβον.

Et in sequentibus locis, jam mera exclamatio :

Ἀλαλαί, ἰὴ παιήων.
(Aristoph. Lysistrata, v. 1291.)

Ἡμῖν τἀγαθὰ γένοιτο, ἰὴ Παιὼν, ἰή.
(Pax. v. 452.)

Πᾶς χώρει πρὸς ἔργον εἰς ἀγρὸν παιωνίσας.
(Ibid., v. 555.)

Interdum et quodvis carmen dictum Pæan :

(1) Alia erat sub eodem nomine lanificorum cantilena (ἡ δὲ ταλασιουργῶν ᾠδὴ, Ἴουλος... ἄλλοι δέ φασιν ἐριουργῶν εἶναι τὴν ᾠδήν. Ath., XIV, 10.)

Παιᾶνα τοῦ θανόντος ἐξαυδωμένος.
(Choeph., v. 149.)

Fuit etiam Elearum mulierum popularis in Dionysum hymnus, cujus verba, neglecta quidem omni dialecti illius ratione, a Plutarcho (Quæst. græcæ, c. 36), sic referuntur : ἐλθεῖν (?) ἥρω Διόνυσε ἅλιον ἐς ναὸν ἁγνὸν σὺν Χαρίτεσσιν, ἐς ναὸν τῷ βοέῳ ποδὶ θύων, ἄξιε ταῦρε, ἄξιε ταῦρε.

Jam vero ad erotica venientibus nobis vix operæ pretium est memorare Καλύκη, Ἁρπαλύκη et Ἠριφανίς (Athen., XIV, 619), tria nomina puellarum quæ locum dederant flebilibus cantilenis; quarum unius tantum ejusque ultimæ hoc superest : μακραὶ δρύες, ὦ Μέναλκα, nec quidquam amplius. Insigniores quidem κῶμοι, seu versus qui a juvenibus sub noctem ad limen amicarum canebantur (1).

Nec illa quidem etiam nunc novæ dedidicere Athenæ, vel Ionia Smyrna; sed fidibus et citharæ jam accessit quædam verecundia, quanquam et veterum comorum protervia fortasse multo minus in usu quam apud Aristophanem lasciviebat. Certe, omissis quæ sibi indulsit impudicus poeta, nec populari musæ absonus, nec parvi pretii hic comus videbitur :

Δεῦρο δὴ, δεῦρο δή,
καὶ σύ μοι
καταδραμοῦσα τὴν θύραν

(1) Prima nocte domum claude, neque in vias
sub cantu querulæ despice tibiæ. (Horat., Carm., III, 7.)

ἄνοιξον
τήνδ'· εἰ δὲ μή,
καταπεσὼν κείσομαι (1).
Σὺ δ' ἐμοί, φίλτατον ὦ, ἱκετεύω,
ἄνοιξον, ἀσπάζου με,
διά τοι σὲ πόνους ἔχω.
Ὦ χρυσοδαίδαλον ἐμὸν μέλημα, Κύπριδος ἔρνος,
μέλιττα Μούσης, Χαρίτων θρέμμα, Τρυφῆς πρόσωπον,
ἄνοιξον, ἀσπάζου με,
διά τοι σὲ πόνους ἔχω.
(Ecclesiaz., v. 960.)

Jactabantur autem ob insitos calores Locricæ cantilenæ, quarum una, specie popularis et venustissima quidem, ab Athenæo refertur (XV, 697) :

Μὴ προδῷς ἄμμ' ἱκετεύω·
πρὶν καὶ μολὲν κεῖνον, ἀνίστω·
μὴ κακὸν μέγα ποιήσῃ σὲ καὶ μὲ τὴν δειλάκραν.
ἀμέρα· καὶ ἤδη τὸ φῶς διὰ τῆς θυρίδος οὐχ ὁρῇς;

Ceterum in hoc genere Ionici et Persici et Carici insignes modi :

Μοῦσαι, δεῦρ' ἴτ' ἐπὶ τοὐμὸν στόμα
μελύδριον εὑροῦσαί τι τῶν ἰωνικῶν.
(Ecclesiaz., v. 882.)

Σὺ δ' ὦ Τερηδὼν, ἐπαναφύσα Περσικόν.
(Thesmoph., v. 1174.)

(1) Non hoc semper erit liminis aut aquæ
Cœlestis patiens latus. (Hor., Carm., III, 10.)

Αὐλοὺς δ' ἔχουσά τις κορίσκη μέλος τι μελίζεται τοῖς συμπόταις (Athen., xv, 665).

De nuptiarum cantilenis mature ab ipso Homero relatum est (Ilias, XVIII, v. 491) :

Ἐν τῇ μέν ῥα γάμοι τ' ἔσαν εἰλαπίναι τε·
. . . .
. . . . πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει.

In iis vero quæ passim apud auctores occurrunt, vix aliquid populare inesse præter exclamationem ὑμὴν, ὑμέναι' ὤ, affirmare ausim. Forsan apud Theocritum (Idyll. XIII) verius expressus est popularis color, cujus quidem hymenæus has laudes in sponsos, hæc vota, has gratulationes habet, in quibus hodiernæ cantilenæ versantur (1).

Alias variarum operarum exstitisse cantilenas tradit idem Athenæus (XIV, 10), quibus laborem opifices adjuvarent : namque et mercenariis qui agros colebant, et pastoribus, et molariis, et aquariis, et remigibus, sua cuique cantilena erat ; nota quidem hæc pistorum quam refert Plutarchus, ἄλει μύλα ἄλει· καὶ γὰρ Πιττακὸς ἄλει, μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων, et hæc nautarum exclamatio εἶα μάλα (Aristoph., Pax, v. 460), cui quidem haud scio an respondeat hodiernum : ἔα λέσα, ἔα μόλα (2).

(1) Τ' ἀνδρόγυνο ποῦ γίνηκε, νὰ ζήσῃ, νὰ γεράσῃ,
νὰ ζήσῃ χρόνους ἑκατὸ, καὶ νὰ τοὺς ἀπεράσῃ·
νὰ κάνῃ ἐννιὰ τοὺς υἱοὺς, καὶ μιὰ τὴν δεχατέρα. (Ineditum.)

(2) Ἔχετε γιειὰ, συντρόφοι μου, καὶ σὺ καραβοκύρι,
καὶ σὺ ἔα λέσα γλυκὺ, γλυκύτερον ἔα μόλα. (Passow, 391.)

Jam vero e tot cantilenarum generibus duo tantum integra et plane popularia cantica retulit Athenæus, quorum κορώνισμα unum, alterum χελιδόνισμα dicitur, et nunc etiam sub eodem nomine apud Græcos in usu esse supra jam memoravimus; utriusque enim, veteris dico et recentioris cantilenæ simile consilium, similia vota, similis mendicatio; veteri autem multo plus urbanitatis et elegantiæ (Ath., VIII, 359, 360). Inter plebeia collocandum etiam, auctore Athenæo (1), carmen quod ad eorum qui flores legunt imitationem, a pueris cum saltatione recitabatur,

ποῦ μοι τὰ ῥόδα, ποῦ μοι τὰ ἴα, ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα;

Nec popularis minus præ se fert carminis speciem hoc Laconicum :

ἄμες ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι. . . . .

Nec non et insignis Athenis cantilena,

ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω
ὥσπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων.

Jam vides quam maligne popularibus veterum Græcorum cantilenis pepercerit tempus; res enim et verba quærenti, plerumque nomina tantum occurrunt. Nec recentiorum quidem melior fortuna fuisset, nisi ab ipso recitantium ore accipi potuissent. Veterum autem et recitatores et auditores jamdiu pariter siluerunt.

(1) Παρὰ τοῖς ἰδιώταις καλουμένη ἄνθεμα. (Ath., XIV, 629,)

APPENDIX.

CARMINA INEDITA.

1. Ναννα ρίσματα.

Ἔλα, ὕμνε μου, πάρ' το μου, σύρ' το στὰ περιβόλια,
καὶ γιόμισ' τὴ προσθέλα του τραντάφυλλα καὶ ῥόδα.
(Atticum.)

Veni, somne, sume parvulum et defer in hortos,
et gremium ejus imple rosis.

Ὕμνε μου, καλοῦμνε μου, καὶ καλομερωτή μου,
ἔλα καὶ ἡμέρωσέ μου κἐμένα τὸ παιδί μου.
(Atticum.)

Somne, suavis somne, mitigator animorum,
veni, et parvulum hunc mihi quoque mitiga.

Ὁ ὕμνος τρέφει τὰ παιδιὰ, κὴ γιειὰ τὰ μεγαλόνει,
κὴ Παναγιὰ ἡ δέσποινα τὰ καλοξημερόνει.
(Atticum.)

Somno aluntur parvuli, et adolescunt bona valetudine,
et augustæ Virginis munere feliciter expergiscuntur.

Κοιμᾶτ' ὁ ἥλιος στὰ βουνὰ, κὴ πέρδικα στάλώνια,
κοιμᾶται τὸ πουλάκι μου στἄσπρα του τὰ σενδόνια.
(Atticum.)

Dormit sol in montibus, et perdix in areis,
dormit avicula mea in candidis linteis.

(ὕμνε, atticum pro ὕπνε. Cf. somnus. — καλομερωτή, id est καλοημερωτή, a verbo ἡμερόνω, μερόνω, mitigo, et mitesco. — καλοξημερόνει, a verbo ξημερόνω, ἐξημερόνω, suscitare : nempe a voce ἡμέρα.)

Ὁ ἥλιος κοιμᾶται στὰ βουνὰ, κὴ πέρδικα στὸ ῥούμα,
κὴ χῆνα στὴ περιγιαλιὰ, καὶ τὸ παιδὶ στὴ κούνια.
(Creticum.)

Dormit sol in montibus, et perdix in silva,
et anser in littore, et parvulus in cunis.

(ῥούμα, id est, δάσος; vox Cretica.)

2. Μυρολόγια.

Μάτη μι, καὶ μὴ χλίβεσαι, καὶ μὴν ἀναστενάζεις·
μάγὼ τὴν ἄνοιξι ἔρχομαι μὲ τὰ χελιδονάκια·
περνωδιαβῶ στὴ πόρτα μας, κιἔξω στὴν αὐλή μας,
νὰ χτίσω τὴ φωλίτσα μου στὰ ῥάφια τοῦ σπητιοῦ μου,
νὰ δῶ τὸ ποιὸς μὲ χλίβεται, τὸ ποιὸς μ' ἀναγυρεύει.
(Tzaconicum.)

Mater, abstine planctibus et suspiriis :
namque ego cum hirundinibus vere primo jam revertor,
nostrumque limen circumferor, aulamque foris,
ut in tignis domi mihi struam nidum,
ut videam quis me lugeat, quis me desideret.

Τοῦ ἀνδρειωμένου τἄρματα δὲν πρέπει νὰ κοιμοῦνται·
πρέπει νὰ κρεμοῦνται ψηλὰ δὲ σιδεροκρεμάλα,
κιὄντες θὲ νἄρθῃ τ' Ἀϊιάννου τὸ μέγα πανεγύρι,
φέρ' τα τριγύρου στὸ χορὸ, τριγύρου στὸ τραπέζι,
κιὰν εὕρῃς ταῖρι σὰν κἐμὲ, δός τα νὰ τὰ φορέσῃ,
κιᾶς τὰ φορεῖ, κιᾶς τὰ χαρῇ, κιᾶς τὰ ξεχορνιαχτίσῃ·

κιᾶν δὲν εὕρῃς τὸ ταῖρι μου, πάρ' τα καὶ σύρ' τα πίσω,
καὶ σύρ' τα ν' ἐς τὸ σπήτι μου, καὶ κάθσε στὴ γωνιά σου·
κάθσε, κάμε κλαῦματα, καὶ χύσε μαῦρα δάκρυα·
νὰ βγοῦν τὰ δάκρυα καυτερὰ, νὰ κάψουν τὴ καρδιά σου,
κάψουν τῆς μάννας μ' τὴ καρδιὰ, τ' ἀδελφοῦ μου τὰ σκότια,
νὰ κάψουν καὶ στὰ παιδάκια μ' τὰ φύλλα τῆς καρδιᾶς τους.
(Tzaconicum.)

Fortis viri jacere arma indecorum est;
aheno oportet altoque clavo suspendantur,
et quum jam aderit Sancti Joannis sacra dies et conventus,
choreis et mensis arma circumfer,
paremque mihi si fors invenies, da juveni,
ut induat illa, ut habeat sua, pulverem ut excutiat armis;
sin parem non invenies, sume illa et refer,
refer domum arma, et solito side in angulo :
side, et luge, et acerbos funde fletus;
et fervidæ exeant lacrimæ, ut tibi cor adurant,
adurant cor matris, et fratris præcordia,
liberorum quoque adurant viscera.

(Μάτη μι, tzaconicum pro μάννα μου. — χλίβεσαι, et alias φλίβεσαι, pro θλίβεσαι. — ῥάφια, ab antiqua voce ὀρόφι-ον. — ξεκορνιαχτίση, id est, ἐκ-κονιορτίσῃ.)

Φωνὴ καὶ κλαῦματ' ἄκουσα στὴ Μεσαρὰ, στὸγ κάμπο·
σὲ ποιὰ μεριὰ τῆς Μεσαρᾶς; σὲ ποιὰ μεριὰ τοῦ κάμπου;
μπρὸς τὸ Ῥυμπάκι τόλεγιε μιὰ Σφακιανὴ κοπέλα·
ἔκλαιγε τὸν υἱόκα τση, τὄμορφο παλληκάρι· —
« Ποῦ σὲ βρῆκ', υἱέ μ', ὁ Χάροντας, κιἀποπαράσυρέ σε;
ἂ σ' ηὗρε στὸ ζευγάρι μας, νὰ τὸ ξεζευγαρώσω·
ἂ σ' ηὗρε στὸ κουράδι μας, νὰ τὸ ξετσαφαρώσω·
ἂ σ' ηὗρε στὸ ἀμπέλι μας, νὰ τὸ ξεκουρμουλώσω·
ἂ σ' ηὗρε, υἱὲ, στὴν ἐκκλησιὰ, νὰ μὴ τὴ λουτρουγήσω.
— Δὲν μ' ηὗρε στὸ ζευγάρι μας, μουδὲ στἀμπελουργιό μας,
στὴ στράτα ποῦ περπάτουνα, στὸ δρόμο ποῦ ἐπῆγα,
μοῦ παίζ' ὁ Χάρος κονταριὰ κιἀποπαράσυρέ με.
(Tzaconicum.)

Querentis vocem audivi in Mesaræ campo.

Qua in parte Mesaræ? qua in parte campi?
Propter Tymbaki vox erat mulieris Sfakianæ,
quæ filium flebat, formosum juvenem :
« Ubinam, fili, tibi occurrit Charon, et te rapuit?
si ad boves nostros, jugo demittam eos et dissociem;
si ad gregem, gregi tintinnabula detraham;
si in vinetis, stirpes evellam;
si in ecclesia, ne sacris jam intersim. » —
« Nec ad boves nostros, neque in vineto mihi occurrit Charon;
sed meo in itinere, in via qua ibam,
me ferit lancea Charon, et abripuit. »

(Μεσαρά, Τυμπάκι, Cretæ loci. — τόλεγιε, id est, τὸ et ἔλεγιε, imperfecti forma. — Σφακιανή, incola asperrimæ regionis quæ τὰ Σφακιά dicitur. — υἱόκα, id est υἱόν. — τση Creticum pro της. — ἀποπαρασύρω, vox cretica; vulgo, ἀποσαρόνω, verro. — λουτρουγήσω, e verbo λουτρουγάω, vulgo, λειτουργάω. — μουδὲ, forma quæ videtur e μά-οὐδέ composita. — παίζ' (παίζει) : haud scio an potius ab antiquo παίω, ferire.)

Καλὲ καὶ ποῦ ἁρματόνεσαι, καλὲ καὶ ποῦ παγαίνεις;
καλὲ, σὲ γάμο σὲ καλοῦν; καλὲ, σὲ πανεγύρι; —
Μήντε σὲ γάμο μὲ καλοῦν, μήντε σὲ πανεγύρι.
Ὁ Χάρος κάνει μιὰ χαρὰ, πανδρεύει τὸν υἱό του,
καλεῖ τοὺς νιοὺς γιὰ τὸ χορὸ, καὶ νιαὶς γιὰ τὰ τραγούδια,
καλεῖ καὶ ταὶς γερόντισσαις ἂς πηρετοῦν στὸ γάμο.
(Tzaconicum.)

« Dilecte, quo iturus arma induis?
Dilecte, ad nuptias an ad conventum invitatus? » —
« Neque ad nuptias invitatus, neque ad conventum.
Festa parat Charon, quia filius ducit uxorem;
invitat juvenes ut saltent, et puellas ut canant,
et anus ut nuptiis famulentur. »

(μήντε, e μήτε corruptum. — πηρετοῦν, pro ὑπηρετοῦν.)

Ἐσεῖς, πουλιὰ πετούμενα, ψηλὰ μέσ' τὰ 'πουράνια,
εἶα δῶστε λόγο στῆς Φραγγιαῖς, μανδάτο τοῦ Μοσχόβου,
πῆραν τὴν Πόλι, πήρανε, πῆραν καὶ τὸ Φανάρι,
πῆραν καὶ τὴν Ἅγια Σοφιὰ τὸ μέγα μοναστῆρι,

πούχει τριακόσια σήμαντρα καὶ τρεῖς χρυσαῖς καμπάναις,
πούχει τὸ τέμπλο ὁλόχρυσο, ὁλομαργαριτάρι.
Στὴ πόρτα στέκ' Ἅγια Σοφιὰ, τὰ δάκρυα φορτωμένη,
χρυσὸ μανδίλι ἐϐάστουνε, τὰ δάκρυα της σφουγγίζει. —
Μαστόροι μὴ δερνώσασθε, μαστόροι μὴ δερνώσθε,
κἰδῶ τζαμὶ θὲ νὰ γένῃ, Τοῦρκοι νὰ προσκυνήσουν.

Aves quæ sublime, media in nube, volitatis,
ferte nuntium Francorum regnis, ferte Russorum :
Urbem, Urbem ceperunt, ceperunt et Phanari,
ceperunt et amplissimam Sanctæ Sophiæ ædem,
cui tintinnabula trecenta, tres aureæ campanæ,
cui templum ex auro et margaritis.
Stat ad limen Sancta Sophia, onusta lacrimis,
aureum sudorium gerens, quo lacrimas tergit.
« Artifices, ne urgeatis opus:
hic enim fiet fanum in quo Turcæ preces agent. »

(Δῶστε, id est, δώσετε. — λόγο, rumorem. — τέμπλο, nempe ædiculam supra altare exstructam. — ἐϐάστουνε, imperfecti objectivi forma in verbis contractis usitata. — δερνώσασθε et δερνώσθε, a δέρνω, ferio, male mulcto, vexo. — τζαμί, vox turcica, *mosquée.*)

3. Varia.

Προϐάλετε, φωνιάξετε τοῦ Γιώργη τοῦ Τσουράκη
νὰ πάῃ στ' ἀρνομάνδρι του, στ' ἐρημοκούραδό του·
σάϐϐατον εἶναι σήμερα, σάϐϐατο δεκαπέντε,
ὁποῦ σκότωσαν τὸν βοσκὸ στὴ μέση τῶ προϐάτω.
Κλαῖν τον τάρνιά του, κλαῖν τονε, κλαῖν τον καὶ τὰ μεγάλα·
μάναν ἀρνὶ, καλὸν ἀρνὶ ἔκαθσε καὶ τραγούδιε·
γιατί 'φαε τὴ μάννα μου, καὶ τὰ γλυκειά μ' ἀδέρφη;
(Creticum.)

Prodite, et clamate Georgium
ut eat ad ovile suum, ad gregem orbatum pastore.
Hodie jam sunt quindecim dies,
ex quo inter pecudes pastorem necaverunt;
et eum deflent agni, eum grandiores deflent.

Unus vero, et formosus, quietum se tenens agnus :
« Cur, ait, matrem meam comedit atque fratres meos ! »

4. Σηκόνομαι κάθε πρωί, πἀνοίγει τὸ ζουμπούλι,
ἀφήκρασθε νὰ σᾶς εἰπῶ τῆς Σούσας τὸ τραγούδι.
Ἡ Σοῦσα ἦτον ὄμορφη, τῆς Κρήτης τὸ χαμάρι·
ἀγάπαε τὸ Σαριμπέη, τὸ πρῶτο παλληκάρι·
ἀγάπα τον κιἀγάπα την χρόνους δεκατεσσάρους,
ὥς ν' ἄρθη τἀδελφάκι της ἀπὸ τοὺς Σουσουρμανούς·
ἡ Σοῦσα εἶδε στὸν ὕπνο της, εἶδε καὶ στὄνειρό της,
πῶς ἦρθε τἀδελφάκι της, κἔκοψε τὸ λαιμό της·
καὶ τὸ πρωὶ σηκώθηκε δέρνοντας καὶ κλαίοντας,
καὶ μὲ τὸ μανδιλάκι της τὰ δάκρυα σφογγίζοντας·
ἡ μάννα της τὴν ἐρωτᾷ, κιὁ κύρις της τῆς λέγει·
— Τί ἔχει τὸ Σουσανάκι μου, ποῦ κάθεται καὶ κλαίει ;
— Ἀπόψ' εἶδα στὸν ὕπνο μου, εἶδα καὶ στὄνειρό μου,
πῶς ἦρθε τἀδελφάκι μου, κἔκοψε τὸ λαιμό μου.
— Ἐκεῖ ποῦν' τἀδελφάκι σου, κἐκεῖ μέσα ποῦ γυρίζει,
κάνα θεριὸ τὸν ἔφαγε, κάνα ἄλλος τὸν δρίζει. —
Πάει Σοῦσα νὰ κοιμηθῇ, λίγον ὕπνο νὰ πάρῃ·
Ἀκοῦ τὴν πόρτα καὶ βροντᾷ, πόρτα καὶ κουδουνίζει.
— Σήκω, Σαριμπέη, ἀποδῶ, καὶ φύγε μὲ τὴν ὥρα,
μὴν ἐρθοῦν καὶ μᾶς κάνουνε κομμάτια στὰ σενδόνια.
— Σήκω, Σοῦσα μου, κιἄνοιξε, κἐγὼ γέρνω στὴν κλίνη,
γιάτ' ὁ ὕπνος σου εἶναι γλυκὺς, νὰ φύγω δὲν μ' ἀφίνει. —
Ἡ Σοῦσα πῆγε κιἄνοιξε, βλέπει τὸν ἀδελφό της·
ἐθάμπωκαν τὰ μάτια της, τὸ φῶς τῶνε ματιῶ της.
— Δός μου νερὸ, μωρ' Σουσανιὼ, γιάτ' εἶμαι κουρασμένος,
κιἀπὸ τὸ δρόμο τὸ πολὺ εἶμαι μπαϊλδισμένος. —
Κείνη νερὸ τοῦ ἔδωκε, κεῖνος νερὸ δὲν πίνει·
στὰ μάτια την ἐκύτταε, καὶ μέσ' τὸ στόμα μιλεῖ·
— Ποῖος εἶν' αὐτὸς, μωρ' Σουσανιὼ, στὴν ἀργυρῆ σου κλίνη ;
σοῦ πῆρε ὅλη τὴν τιμὴ, τώρα τί θὰ σοῦ μείνει ; —
Χρυσὸ χαντσάρι τράβηξε ἀπ' ἀργυρὸ φηκάρι,
στὴν καρδιά της τὸ κάθισε, ποῦ Χάρος νὰ τὴν πάρῃ·
— Ποῖος εἶν' αὐτὸς, μωρ' Σουσανιὼ, ποῦ σούδωκε τὸ Χάρο,
κἔμένα μ' ἀπαραίτησες στὸν κόσμο τὸν ἀπάνω ;
σύρε νὰ βρῇς, μωρ' Σουσανιὼ, ἰατρὸ γιὰ τὴν πληγή σου·

ἂς πᾶνε χίλια κἑκατὸ, τὰ ὅίνει τὸ πουλί σου·
ἂν πᾶνε χίλια κἑκατὸ, ἂς πᾶν καὶ πεντακόσια,
ἂς πᾶνε τὰ διαμαντικὰ καὶ τὰ πολλὰ τὰ γρόσα.
— Σύρε νὰ τοῦ πῇς, μάννα μου, ἂν εἶναι παλληκάρι,
νὰ φιάσῃ τὸ κηδούρι μου οὖλο μαργαριτάρι,
κιἀπάνω στὸ κηδούρι μου μιὰ χρυσταλλένια βρύσι·
ποιὸς ἔχ' ἀγάπη στὴ καρδιὰ, νὰ πίνῃ νὰ τὴ σδύνῃ.
(Creticum.)

Quotidie matutinus surgo, simul ac se explicat hyacinthus :
attendite ut vobis narrem Suzannæ cantilenam.
Suzanna erat formosa, erat gloria Cretæ :
amabat Sarimbei, primum inter juvenes ;
amabat et amabatur annos quatuordecim,
donec a Susurmanis frater reversus est.
In somnio visus est somnianti Suzannæ
adstare redux frater. et ipsi collum truncare.
Mane surrexit cum plangore et lacrimis,
et sudorio lacrimas tergens.
Mater eam sciscitatur; et pater :
« Quænam Suzannæ causa meæ cur sedeat lacrimans? » —
« Heri in somno mihi visus est
redux adstare frater, et mihi collum truncare. » —
« Illic ubi degit frater, illic ubi versatur,
aut fera voravit eum, aut jussa herilia subit. »
Cubitum it Suzanna, ut brevi somno fruatur.
Extemplo pulsantur fores, et tinnitum audit.
« Hinc surge, Sarimbei, statimque abi,
ne jam adsint, et in cubili nos minutatim cædant. » —
« Imo surge, Suzanna, et aperi ; ego cubile repetam,
quia suavis somnus tuus, nec me sinit abire. »
Ut aperuit Suzanna, fratrem cernit,
et caligant ejus oculi, et oculorum hebetat acies.
« Da mihi aquam, Suzanna, quia sum exhaustus,
et longo itinere fractæ vires me deficiunt. »
Illa fert aquam, sed non bibit frater ;
oculos oculis admovens, et os ori :
« Quisnam iste, heus Suzanna, qui cubat argenteo in cubili?

Qui tibi quum rapuerit pudorem, quid tibi reliquum est? »
Aureum pugionem aurea eduxit vagina,
et in pectus mersit miseræ, eamque misit Charonti :
« Quisnam iste, heus Suzanna, qui te misit Charonti,
ut jam me sub lucem hanc orbam relinqueres?
Abi, Suzanna, quæsitura qui medeatur vulneri.
Mille et centum constet aureis, dabit amasius ;
mille et centum constet, constet mille et quingentis,
constet adamante multo et grandi pecunia. » —
« Abi, mater, et jubeto illum, si est vir,
ut mihi sepulcrum struat totum e margaritis,
in summo exeat fons pellucidior vitro :
quisquis amore laborat, bibat, exstinguat amorem. »

(προβάλετε, id est, προβαίνετε. — φωνιάξετε, pro φωνάξετε. — τῶ προβάτω, id est, τῶν προβάτων. — τραγούδιε, forma imperfecti verborum contractorum peculiaris. — ζουμπούλι, vox turcica. — ἀφήκρασθε, ab ἀφηκράζομαι, ἀφκράζομαι, id est, ἀκροάζομαι. — κύρις, pater (κύριος). — ἀκοῦ, pro ἀκούει. — ματιῶ, id est (ὀμ)ματιῶν. — μπαϊλδισμένος, e turcica lingua petitum : exanimis. — φηκάρι, pro θηκάρι.)

Κάθσε καὶ γαργαλίζομαι· μὴ 'γγίζῃς στὰ βυζιά μου,
καὶ μελανιάσ' ὁ κόρφος μου, καὶ δείρῃ μ' ἡ μάννα μοῦ.

Quiesce ; me titillas ; noli papillas attrectare,
ne mihi nigrescat cutis, et postea mater me verberet.

'Εγὼ ἀποδῶ κἔσὺ ἀποκεῖ, κιὸ τεῖχος μέσ' τὴ μέση·
τάξε κερὶ στὴ Παναγιὰ νὰ κρεμισθῇ νὰ πέσῃ.

Ex hac parte ego, tu ex illa, et paries in medio ;
cereum promitte Virgini, ut decidat paries.

'Εκεῖ ποῦ πᾷς, πουλάκι μου, τήρα νὰ μὴν ἀργήσῃς·
τήρα μὴ κάμῃς ξάμηνο, τήρα μὴ κάμῃς χρόνο,
γιάτι τὸ ξάμηνο πολὺ, καὶ χρόνος εἶν' μεγάλος·
— Μακάρι νἆταν ξάμηνο, μακάρι νἆταν χρόνος·
μόν εἶν' νερὸ τρεχάμενο, ποῦ πάει, δὲν γιουρίζει.

Illic quo pergis, avicula, vide ne moreris,
vide ne sex menses absis, vide ne annum integrum,

quia diuturni sex menses, et longus integer annus.
« Utinam sex menses forent, utinam et integer annus?
Verum aqua fluens est, quæ fugit nec retrofluit. »

Ἂ μ' ἀρνηθῇς, πουλάκι μου, καὶ φίδι θὰ σὲ φάῃ,
ἀνθρώποι θὰ σὲ θάφτουνε κὴ γῆ θὰ σὲ ξερνάει.

Si quando me infitiaris, te vorabit anguis,
et homines te sepelient, terra vero te evomet.

Κόρη μου, τὰ βυζάκια σου ἀρχινοῦν καὶ καρυδόνουν·
ἐσένα δίνουν ὀμορφιαὶς, κὲμένα θανατόνουν.

Tibi, puella, papillæ nucium instar jam eminent;
et te formosiorem faciunt : ego vero illis pereo.

Τὸ κέντισμα εἶναι γλέντισμα, κὴ ῥόκα εἶναι σεριάνι·
κιὸ ἔρημος ὁ ἀργαλειὸς εἶναι σκλαβιὰ μεγάλη.

('γγίζῃς, id est, ἐγγίζῃς. — τάξε, a τάζω, polliceri. — κρεμισθῇ, a κρεμίζω (κρημνίζω). — τήρα, a τηράω (antiquum τηρέω). — ξάμηνο, id est, 'ξάμηνον, ἕξη μῆνας. — γιουρίζει, pro γυρίζει; Atticum. — ξερνάει, ξερνάω, ab ἐξεράω cum ν inserto. — καρυδόνουν, verbum a καρύδι (nux) derivatum. — κέντισμα, e κεντάω, acu pingere. — γλέντισμα, vox turcica : voluptas. — ῥόκα, colus. — σεριάνι; vox turcica; ambulatio. — ἀργαλειός (ἐργαλεῖον), machina textoria.)

Vidi ac perlegi,

Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona, a. d. VIII kal. octobr. ann. M DCCC LXV,

Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi decanus,

J.-VICT. LE CLERC.

TYPIS MANDETUR,

Academiæ Parisiensis rector,

A. MOURIER.

EMENDANDA.

Pag. 1, l. 6, *pro* maledicendo, *leg.* maledicendi.
— 16, l. 13, *pro* mi, *leg.* mea.
— 17, l. 3, *pro* vapulas, *leg.* verbera.
— 28, l. 15, *pro* quid, *leg.* quod.
— 30, l. 10, *pro* τηνίκαδε, *leg.* τηνικάδε.
— 33, l. 28, *pro* solabundus, *leg.* solaturus.
— 38, l. 22, *pro* apta, *leg.* aptæ.
— 46, l. 22, *pro* ab, *leg.* ex.
— 49, l. 35, *pro* Tzaconicum, *leg.* Creticum.
— 51, l. 14, *pro* sudorium, *leg.* sudarium.
— 53, l. 2, *pro* ἂν, *leg.* ἂς.